This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Über dieses Buch

Dies ist ein digitales Exemplar eines Buches, das seit Generationen in den Regalen der Bibliotheken aufbewahrt wurde, bevor es von Google im Rahmen eines Projekts, mit dem die Bücher dieser Welt online verfügbar gemacht werden sollen, sorgfältig gescannt wurde.

Das Buch hat das Urheberrecht überdauert und kann nun öffentlich zugänglich gemacht werden. Ein öffentlich zugängliches Buch ist ein Buch, das niemals Urheberrechten unterlag oder bei dem die Schutzfrist des Urheberrechts abgelaufen ist. Ob ein Buch öffentlich zugänglich ist, kann von Land zu Land unterschiedlich sein. Öffentlich zugängliche Bücher sind unser Tor zur Vergangenheit und stellen ein geschichtliches, kulturelles und wissenschaftliches Vermögen dar, das häufig nur schwierig zu entdecken ist.

Gebrauchsspuren, Anmerkungen und andere Randbemerkungen, die im Originalband enthalten sind, finden sich auch in dieser Datei – eine Erinnerung an die lange Reise, die das Buch vom Verleger zu einer Bibliothek und weiter zu Ihnen hinter sich gebracht hat.

Nutzungsrichtlinien

Google ist stolz, mit Bibliotheken in partnerschaftlicher Zusammenarbeit öffentlich zugängliches Material zu digitalisieren und einer breiten Masse zugänglich zu machen. Öffentlich zugängliche Bücher gehören der Öffentlichkeit, und wir sind nur ihre Hüter. Nichtsdestotrotz ist diese Arbeit kostspielig. Um diese Ressource weiterhin zur Verfügung stellen zu können, haben wir Schritte unternommen, um den Missbrauch durch kommerzielle Parteien zu verhindern. Dazu gehören technische Einschränkungen für automatisierte Abfragen.

Wir bitten Sie um Einhaltung folgender Richtlinien:

+ *Nutzung der Dateien zu nichtkommerziellen Zwecken* Wir haben Google Buchsuche für Endanwender konzipiert und möchten, dass Sie diese Dateien nur für persönliche, nichtkommerzielle Zwecke verwenden.

+ *Keine automatisierten Abfragen* Senden Sie keine automatisierten Abfragen irgendwelcher Art an das Google-System. Wenn Sie Recherchen über maschinelle Übersetzung, optische Zeichenerkennung oder andere Bereiche durchführen, in denen der Zugang zu Text in großen Mengen nützlich ist, wenden Sie sich bitte an uns. Wir fördern die Nutzung des öffentlich zugänglichen Materials für diese Zwecke und können Ihnen unter Umständen helfen.

+ *Beibehaltung von Google-Markenelementen* Das "Wasserzeichen" von Google, das Sie in jeder Datei finden, ist wichtig zur Information über dieses Projekt und hilft den Anwendern weiteres Material über Google Buchsuche zu finden. Bitte entfernen Sie das Wasserzeichen nicht.

+ *Bewegen Sie sich innerhalb der Legalität* Unabhängig von Ihrem Verwendungszweck müssen Sie sich Ihrer Verantwortung bewusst sein, sicherzustellen, dass Ihre Nutzung legal ist. Gehen Sie nicht davon aus, dass ein Buch, das nach unserem Dafürhalten für Nutzer in den USA öffentlich zugänglich ist, auch für Nutzer in anderen Ländern öffentlich zugänglich ist. Ob ein Buch noch dem Urheberrecht unterliegt, ist von Land zu Land verschieden. Wir können keine Beratung leisten, ob eine bestimmte Nutzung eines bestimmten Buches gesetzlich zulässig ist. Gehen Sie nicht davon aus, dass das Erscheinen eines Buchs in Google Buchsuche bedeutet, dass es in jeder Form und überall auf der Welt verwendet werden kann. Eine Urheberrechtsverletzung kann schwerwiegende Folgen haben.

Über Google Buchsuche

Das Ziel von Google besteht darin, die weltweiten Informationen zu organisieren und allgemein nutzbar und zugänglich zu machen. Google Buchsuche hilft Lesern dabei, die Bücher dieser Welt zu entdecken, und unterstützt Autoren und Verleger dabei, neue Zielgruppen zu erreichen. Den gesamten Buchtext können Sie im Internet unter `http://books.google.com` durchsuchen.

X General
510
W965a

Bt. from Gustav Bock

L. 553.80

L. Gen. A. 14 e. 78

X General
510
W965a



Mrs Vaux
1881.

ANECDOTA

QUAE

PROCESSUM CIVILEM SPECTANT

EDIDIT

AGATHON WUNDERLICH,

JURIS UTRIUSQUE DOCTOR, EJUSDEMQUE IN UNIVERSITATE BASILEENSI PROFESSOR PUBLICUS ORDINARIUS.

BULGARUS. DAMASUS. BONAGUIDA.

GOTTINGAE,

APUD VANDENHOECK ET RUPRECHT.

MDCCCXLI.


BODLEIAN LIBRARY
15
DEC
1925
OXFORD

LECTURIS S.

Postquam indefesso hominum hujus saeculi doctissimorum studio atque labore novi ex civili jure lucem viderunt fontes, privatorum judiciorum, quae apud Romanos viguerunt, cognitio quos quantosque fecerit progressus, nemo est, qui ignoret. Prodierunt enim recentissimo tempore circa singulas materias expositiones acutissimae, neque desunt libri, qui totam illam doctrinam sibi sumserint luculentissime explicandam. Sed majores ex illis omnibus ad jus civile, quam ad processum civilem, quo utimur hodie, redundaverunt fructus. Quod quidem non difficile est ad explicandum. Forensis enim usus atque disciplina quantum ad excolendum jus Romanorum civile contulerint, quis est qui nesciat? Itaque quo accuratius in judiciorum formas inquisiverimus, eo penitius ipsorum juris dogmatum perspiciemus vim atque naturam. Unde factum est, ut eae juris materiae, quae inter juris civilis atque privatorum judiciorum doctrinam quasi fluctu-

ant, novam prorsus induerint effigiem: judiciorum contra formae ab illis disquisitionibus intactae fere remanserint. Fundamenta enim formarum processus civilis, qui per Germaniam, ne dicam per Europam cultiorem, obtinet communis non ex Romano, sed ex Canonico jure repetenda sunt. Canonicum vero jus hoc loco latissimo sensu accipio, complectens non solum conciliorum pontificumque decreta, sed glossatorum quoque scripta multiplicia, quibus nova juris dogmata ad usum fori quotidianum translata sunt. Praeterea autem aliis duobus modis per hosce viros effecta est juris propagatio. Celeberrimi illius aevi jurisconsulti docebant ingentem ex omnibus undique terris in Italiam affluentem juvenum multitudinem; qui, quam exinde in patriam reportabant novam juris lucem, ea utebantur vel abutebantur judices causarumve patroni. Deinde autem, cui circa propagandam processus judiciarii doctrinam vel plus tribuo effectus, quam vivae praeceptorum voci, horum virorum consilio atque auctoritate excultus est Romanae curiae stilus, cujus ad normam judicia ecclesiastica in universum conformata sunt. Quorum quidem cultura provectior effecit, ut saecularia quoque judicia, quorum ordo antiquus circa finem medii aevi hebescebat atque obsolescebat, imaginem illic propositam in dies magis magisque sequerentur. Quae cum ita essent, fieri non potuit, quin, ordinato camerae judicio, forma processus, qua ibi uterentur, non ad mores judiciorum, antiquitus apud Germanos observatos, sed ad illam praxin sese conferret, quae ex glossatorum schola ducebat originem. Huic vero judicio ejusque ordinationibus ad nostra

usque tempora quid debeat haec disciplina forensis novimus omnes. —

Demonstratum est, in quibus potissimum habitare debeat temporibus, qui sumserit sibi opus arduum conscribendae historiae dogmatum formarumque processus civilis. Jam vero neminem, vel mediocriter in hac litterarum parte versatum, fugiet, omnes illos, qui glossatorum aevo vixerunt, ordinis judiciarii scriptores aut in bibliothecis jacere sepultos, aut, si unum excipis *Incertum auctorem de judiciis* ab *Haenelio* editum, ita emissos esse in lucem, ut genuina scriptorum facies prorsus oblitescat. Parandae sunt igitur ante omnia novae editiones ad fidem codicum manuscriptorum. Et quam spem fecit [1]) Praeceptor Clarissimus, *Fridericus Bergmannus*, restituendorum *Pillii, Tancredi*, atque *Gratiae*, eam mox edito opere superabit. Sed restant alii satis multi. Quorum, quatenus sunt inediti hucusque, partem nostrum opus repraesentat. Spero fore, ut ceteri sequantur, aut a me aut ab aliis evulgandi, quibus Fortuna et tempus dederit a negotiis vacuum et opes, peregrinandi adminicula. Quos quidem, quicunque sint, rogatos volo, ut, si forte pedem tulerint in Duacensem bibliothecam, ne negligant inspicere *Richardi ordinem judiciarium*, apud *Haenelium* [2]) laudatum, num forte lateat sub illo *Richardus Anglicus*, qui primus ordinem composuit judiciarium, teste *Tancredo*.

1) Progr. de libello, quem Tancredus Bononiensis de judiciorum ordine composuit. Goettingae, 1838. 4. — 2) Catal. libr. mss. p. 156. v. 9. a. f. In indice, nescio quo jure, ad *Richardum Pisanum* refertur.

Haec praefatus sum de operis aut necessitate aut utilitate. Restat, ut nominem Viros Illustres, Amplissimos, Doctissimos, *Franciscum Dorotheum Gerlachium, Carolum Benedictum Hasium, Henricum Joachimum Jaechium, Eduardum Josephum Schmidtleinium*, quorum praeclara in suppeditandis mihi subsidiis criticis benevolentia quantopere me adjuverit, si in singulis vellem praedicare, mihi non satisfacerem, lectoribus repeterem repetita ab aliis sexcenties.

Scribebam Gottingae, d. XVIII. mensis Oct. MDCCCXL.

BULGARI

SUMMA DE JUDICIIS.

Prolegomena.

Inter codices Latinos bibliothecae regiae Parisiensis volumen 4603, in quarto, membranaceum, saeculi quarti decimi, praeter alia plures continet tractatus, qui processum spectant civilem. Quorum in numero is est, qui legitur fol. 80 b — fol. 81 c sub titulo: *Incipit summa de arbitris* (scr. *judiciis*) *a dno B. promulgata.* De cujus origine atque fatis Sabiniacus [1]), fons perennis omnium, quotquot hoc in genere in lucem edentur, disquisitionum, haec fere disseruit. Impressa est haec summa jam saepius pro parte tanquam liber tertius operis de varietate actionum, quod Placentinum habet auctorem, et ita quidem, ut auctoris praefatio et cetera, quae in codice fol. 81 a inde a versu 32 usque ad finem leguntur, omitterentur, adderentur ab altera parte duo tractatus, *de diligentia et culpa, quae veniant in unaquaque actione* (Tit. 9—14), et *de mora* (Tit. 15), qui a nostro opere prorsus alieni sunt. Praeterea extat ejusdem summae memoria apud Sartium [2]), quocum Josephus Garampius, Vaticanae ba-

1) Historia juris Romani medii aevi T. 4. p. 105—108; ib. p. 226—229.

2) De claris archigymnasii Bononiensis professoribus Bononiae 1769 fol. p. 37. 38.

silicae canonicus et apostolicis archivis praefectus, parvum codicem membranaceum cum titulo, *Excerpta legum edita a Bulgarino causidico,* communicaverat, qui Bulgari aetatem prae se ferre videbatur, atque hunc in modum incipiebat: *Meo amico, et domino A. Sanctae Romanae Ecclesiae Cancellario B. in Christo salutem, et eorum, quae juris sunt arcana, salutem. Vestrae serenitatis apices ad nos denique a vobis servili affectione suscepimus; proinde materiam ministratam, licet nimis arduam, feliciter, Domino favente, prosequimur.*

Arbitrum itaque eum dicimus, cui proprio consensu compromittentes auctor et reus partes committunt. Judex vero etc.

Haec autem, quamvis in quibusdam a Parisiensi codice recedant, quae causa fuit, ut integra quae apud Sartium leguntur verba hoc loco repeterem, tamen nemo non videt eundem librum in utroque codice contineri. De cujus auctore si quaeris, non eadem est Sartii atque Sabiniaci sententia. Ille enim, utrum Bulgaro patri an Bulgarino filio eum adscribat, in ancipiti relinquit: hic pro patre haec protulit argumenta. Primum siglam B. in universum ad Bulgarum patrem referri. Deinde librum lucem vidisse ante annum MCXLVIII, quum, id quod vidit Sartius, dicatus sit Aymerico Cardinali, Romanae ecclesiae Cancellario, qui dicto anno humanis excesserit: quod quidem tempus magis quadrare videatur in patrem, quam in filium. Tum non esse verosimile filium fuisse doctorem, quandoquidem de hac ejus dignitate nihil aliunde compertum habeamus, et in Necrologio Rhenano Canonicorum Regularium Congregationis S. Salvatoris Bononiae, apud Sartium [1]) asservato, pater, non filius audiat magister. Denique in codice membranaceo bibliothecae Francofurtensis CXXVII, in quarto, saeculi tertii decimi, sub finem legi commentarium Bulgari in titulum de regulis juris cum hac inscriptione: *Incipiunt*

1) T. 2 p. 197.

regularum juris commenta, quae Bulgarinus juris peritus ad cancellarium promulgavit. Quocum si conjunxeris, quod glossa codicis Fuldensis tit. de uxoribus militum, quae alias Bulgari nomen prae se fert [1]), Bulgarino adscribitur, jam facile apparet, nec a patre hoc nomen alienum fuisse. Non moveamur igitur sola Romani codicis inscriptione, et eo usque summam nostram ad patris nomen referamus, donec firmiora pro filio afferantur argumenta. Et Sartius [2]) quidem auctorem in libro suo breves legum regulas, et praecepta juxta alphabeti ordinem eleganter et strictim proposuisse et explicasse contendit: in quo se decipi passus est initialibus priorum titulorum vocibus: arbiter, advocatus, actor. Recensentur potius in summa nostra principales ordinis judiciarii materiae ex praeceptis juris Romani; et quamvis neque ordinis systematici concinnitate, neque materiarum expositarum vel ubertate vel forensi applicatione multum habeat, quo se commendet, vel sic tamen, quum inter tentaminum primordia, quibus juris Romani, quae ordinem judiciarium spectant, praecepta, in artis formam redacta sunt, debeat referri, virorum doctorum judicio ex integro subjici meretur. Qua in editione adornanda ita versatus sum. Descripsi folia codicis Parisiensis, eaque, apertissimis sphalmatis correctis et orthographia nostro scribendi modo ita adaptata ut *cirographum, calumpnia*, similia mutarem, fidissime typis recudenda curavi. Addidi praeterea integram varietatem lectionis ex principe editione, quae hanc habet inscriptionem: *Placentini jurisconsulti vetustissimi de varietate actionum libri sex. Item Rogerii compendium etc. Mogunt. anno MDXXX:* et in fine: *Moguntiae ex aedibus Joannis Scheffer mense Februario. Anno MDXXX*, quamdiu codicem comitatur (p. 72—79), petitam: aperta vitia typothetae et sicubi orthographiae varietas (*caussa, promptus, nanque, quenque, chyrographum*) poscebat medelam, talia indicare superfluum esse arbitratus sum. Raro exinde

1) Sabiniacus l. c. p. 70. not. 5. 2) l. c. p. 38.

textui accessit aliquid bonae frugis: neque potui a me impetrare, ut ceteras omnes, quae apud Sabiniacum [1]) enumerantur Placentini editiones, in singulis perscrutarer, quippe in quibus principis editionis incuriarum numerus incredibilis et repetitus et novis typographorum erroribus adauctus sit. Denique in fine libri inedito typis excudendo, quum minus diligenter in codice exaratus esset, saepius ex juris civilis fontibus repetii auxilium, nec ita raro locos integros in notis apposui, quum ideo; ut unusquisque statim intelligat, quomodo ego ea in re versatus sim, tum eam ob causam, ut appareat, quam viam Bulgarus in excerpendis novellis Justiniani constitutionibus ingressus sit.

1) l. c. p. 224.

Incipit summa de arbitris [1]) a domino B. promulgata [2]).

Karissimo amico ac domino A. dei gratia sanctae Roma|nae ecclesiae cancellario [3]) B. in Christo salutem et eorum quae sui | juris sunt arcana participem. Vestrae sereni|tatis nuntios nobis denique missos servili affectione susce|pimus. Proinde materiam inusitatam licet nimis arduam | domino favente feliciter prosequimur.

§. 1. Arbitrum itaque [4]) dicimus eum [5]), | cui proprio consensu compromittentes, scilicet actor | et reus [6]), partes judicis committunt. Judex vero est, qui jurisdictioni [7]) praeest, uti [8]) | praetor, praeses, praefectus urbis, et qui ab his delegatus est, | quibus haec [9]) communia [10]) sunt. Uterque propositis sacrosanctis evangeliis circum|specte [11])

1) *Locus est rasus, et verbum* arbitris *postea demum additum: si* judiciis *conjicere velis, haec conjectura et ex libri ipsius materia, et ex editione, et ex lacunae spatio habet, quo se commendet.*

2) *Ed. habet hanc inscriptionem:* Placentini de judiciis et de traditione eorum quae in quovis judicio aestimantur, Liber tertius. De arbitris et judicibus, et quae sit differentia inter eos. Titulus 1. *Deinde om.* Karissimo — prosequimur.

3) *Cod.* cancellario!

4) *Ed. om.*

5) *Ed.* e. d.

6) *Ed. add.* in.

7) *Ed.* jurisditioni.

8) *Ed.* ut.

9) *Ed.* videlicet.

10) *Cod.* omnia.

11) *Cod.* circums'cpte.

causam examinat [1]), jusjurandum de calumnia | et [2]) actoris et rei fieri properat [3]), videlicet ne per calumniam | intendatur, neve per calumniam [4]) a se contradicatur, ad diri|mendas lites et terminandas causas sine sorde et fraude | laborat [5]), nunc absolvendo, nunc condemnando, condem|nato [6]) ex regulari jure quadrimestre tempus indul-
Peg. 73. gendo [7]). | Nam pro *qualitate* causae, et obsequio sive continentia [8]) personae | non nunquam tempus prorogat, et ideo nunquam [9]) coarctat. | §. 2. Propria singulorum haec sunt. Arbitrum privati eligunt, judicem | dat potestas publica, ut [10]) princeps, et qui sub eo mili|tant [11]). Compromittitur [12]) poena [13]) invicem promissa [14]), ut, per | quem factum fuerit, quominus sententiae sit paritum, ille | exigatur in [15]) poenam, vel deponantur [16]) apud eum res, de quibus [17]) | est controversia, ut victori praestentur [18]), aut res aliae [19]) loco | pignoris [20]) apud eum collocentur [21]), ut sententiae satisfiat [22]), aut | per stipulationem hinc et [23]) inde promittitur stari sententiae [24]). Verum | judex neque in se compromitti patitur, neque pignorari [25]), vel | deponi apud se compellit: sed nec stari sententiae promitti, sed | tantum [26]) judicio sisti. Hujus sententia [27]) non parat [28]) actionem vel exce|ptionem regulariter, illius utrumque. Non infamat hujus decretum [29]), | illius interdum in-

1) *Cod.* examinet.
2) *Ed. om.*
3) *Cod.* debeat.
4) *Pro* n. p. c. *ed.* ne calumniose.
5) *Cod.* laboret.
6) *Ed.* condemnando. Condemnato.
7) *Ed.* indulget.
8) *Ed.* contumacia.
9) *Pro* e. i. n. *ed.* nonnunquam.
10) *Ed.* aut.
11) *Ed.* militat.
12) *Ed.* In hunc compromittunt.
13) *Ed. om.*
14) *Cod. om.*
15) *Pro* e. i. *ed.* exigat.
16) *Ed.* deponitur: *cod.* deponatur.
17) *Ed.* qua.
18) *Pro* u. v. p. *ed.* et ita actori praestetur.
19) *Ed.* alio.
20) *Ed.* pignori.
21) *Ed.* collocantur.
22) *Ed.* satisfiat sententiae.
23) *Ed. om.*
24) *Ed.* sententiae stari.
25) *Ed.* pignora dari.
26) *Cod.* nec.
27) *Ed.* sententiae.
28) *Ed.* parit.
29) *Ed. om.* illius — decretum.

famiam [1]) irrogat. Amplius arbiter jurisjurandi [2]) cum | religione eligi non debet [3]). Sed si male et | contra jus sententiam dixerit sponte, de eo [4]) redditurus est rationem [5]), | si per imprudentiam [6]), hoc partibus [7]) nocebit. Judex jurat, cum veritate et [8]) legum observatione [9]) se judicaturum in singulis, sicut fuerit visum justum [10]). Arbiter | non interponit se in causa criminali et liberali; judex in [11]) | utraque [12]). Hujus sententia minus appellatione suspenditur; illius decretum justa provocatione rescinditur. Arbitri [13]) sententiae, et si sit iniqua [14]), stabitur; judicis, si sit iniqua |, appellatione facta mutabitur. Haec de arbitro et judice |, deque eorum communione et differentia, deve eorum officiis succincte dicta || sufficiant. Fol. 80c

§. 3. [15]) Advocati sunt, qui et patroni [16]) dicuntur, qui ingrediuntur | judicium, utrique parti suum praestantes auxilium, quorum | est officium *causas* perorare, quousque voluerint. Ne tamen ad | turpe compendium [17]), stipemque deformem haec arripiatur occasio, sed per eam laudis [18]) argumenta quaerantur, agere debent, quod causa desiderat, ab | injuria temperare, ratione non probris tractare [19]). Alioquin labem | pudoris contrahunt. Sed nec de industria jurgium debent protrahere [20]) |. Praeterea post litem contestatam religione jurisjurandi arctandi [21]) sunt, quod omni [22]) virtute sua, omnique ope, quod ve- Pag. 74.

1) *Ed.* infamiam interdum.
2) *Ed. om.*
3) *Ed. add.* nec jurare.
4) *Cod.* deo *pro* d. e. *habet.*
5) *Ed.* rat. r. e.
6) *Cod.* prudentiam.
7) *Cod. add.* non.
8) *Cod. om.*
9) *Cod.* observationes.
10) *Ed.* j. v.
11) *Ed.* de.
12) *Ed. add.* cognoscit.
13) *Ed.* Arbitro.
14) *Ed. add.* sententia.
15) *Ed. praem. inscriptionem:* De advocatis. Titulus 2. *In codice linea non fracta est.*
16) *Ed. add.* causarum.
17) *Cod. om.* turpe compendium.
18) *Ed.* l. p. e.
19) *Pro* ratione — tractare *ed.* neque protractu non affuturi causis aliquid accipere.
20) *Ed.* p. d.
21) *Cod.* artandi.
22) *Ed.* enim.

rum et | justum [1]) existimaverint [2]), id suo litigatori inferre pro|curent, nihil, quod sibi possibile est, de industria relin|quentes. Si quid tamen omiserint [3]), judex sua sollertia [4]) su|pplebit. Quorum error litigatoribus non nocebit |, si ex continenti, id est, triduo proximo contradixerint. Judici | sic credi debet, ut, qui ei non obtemperaverit jussus ex|hibere, vel restituere, quanti ea res est, condemnetur [5]). Pro veritate | res judicata accipitur. Si tamen [6]) ex falso instrumento vel | testimonio [7]), cujus fides in dubium [8]) revocatur tempore judi|cii, fuerit judicatum, sententia retractatur, si testimonium | vel charta falsa probetur [9]).

§. 4 [10]) Actor est, qui persequitur [11]) aliquid | principaliter, dicens rem suam esse, vel personam sibi [12]) obligatam ad aliquid dandum vel faciendum. Sed et reus, si, intentione ad|versarii fundata, exceptionem opponat [13]), ut condemnatio|nem effugiat, actor intelligitur. Agere enim is videtur, qui | exceptione utitur [14]) |.

Pag. 75. §. 5 [15]) Reus est is [16]), adversus quem intenditur [17]), quia [18]) possidere vel | debere [19]) dicatur. Ad probationem actor compellendus est: si obti|nere velit id, quod intendat [20]), probet: actore enim non | probante, qui convenitur, etsi nihil praestiterit, obtineat, quia | favorabiliores sunt rei quam actores. His aequipolle|nter dicitur, jura

1) *Ed.* j. e. v.
2) *Cod.* aestimaverint.
3) *Ed.* omiserit.
4) *Ed.* sollertia sua.
5) *Ed.* condemnatur.
6) *Ed.* attamen si.
7) *Ed. pro* i. v. t. *habet* titulo vel instrumento.
8) *Ed. add.* non.
9) *Pro* c. f. p. *ed.* certa causa probatur. *Et jam addit:* ut ff. de var. et extraord. cog. 50, 13. l. 1. §. Advocatos. 11. C. de advoca. diver. judi. 2, 7. vel 8. C. de judi. 3, 1. l. Rem non novam. 14. §. patroni. 1.
10) *In ed. praem. inscriptio* De Actore. Titulus 3. *In cod. linea non fracta est.*
11) *Ed.* prosequitur.
12) *Ed. om.*
13) *Ed.* opponit.
14) *Ed. add.* ut ff. de except. 44, 1. l. 1.
15) *In ed. praem. inscriptio* De Reo. Titulus 4.
16) *Ed. om.*
17) *Ed.* contenditur.
18) *Ed. add.* si.
19) *Ed. add.* quid.
20) *Pro* actor — intendat *ed.* actoris pertinet, si victoria potiri velit, ut, id quod intendit

procliviora [1]) sunt ad absolvendum quam | ad condemnandum. Cumque [2]) reus in exceptione actor | est, ipsum [3]), quod [4]) excipit, probare debet [5]). Sane in [6]) uno casu | qui excipit non probabit. Qui enim spe | futurae [7]) numerationis stipulatione vel chirographo se [8]) obligavit, si conveniatur, exceptionem non numeratae pecuniae intra [9]) biennium juste opponet |, nec probationis onus ei imminebit, illa forsan | ratione, quia negantis factum per rerum naturam nulla est | probatio [10]). Ceterum quae [11]) de actione [12]) dicta sunt [13]), eadem | de replicatione [14]) dicenda putamus, eademque [15]) censura [16]) de exceptione et duplicatione [17]). Namque [18]) sicut [19]) actio et replicatio actorem adjuvat [20]), sic reus exceptione et duplicatione sublevatur [21]): ideoque [22]) ab eo probatur, quia aequum | est, in eo probando quemque gravari, quo probato videtur | sublevari. Et quidem [23]) quod ad probationem [24]) res [25]) immobilis a mobili seseque moventi non secernitur. |

§. 6. [26]) Accusare omnibus permissum est, his exceptis: propter | sexum prohibetur mulier: propter aetatem Pag. 76 pupillus: propter | sacramentum militare qui meretur stipendium [27]) miles: propter magistratum [28]), ut consul,

1) *Ed.* promtiora.
2) *Ed.* eoque.
3) *Ed. praem.* et.
4) *Cod.* quia.
5) *Ed. add.* ut ff. de probat. 22, 3. l. In except. 19. et ff. de except. 44, 1. l. 1.
6) *Ed. om.*
7) *Ed. om.*
8) *Ed.* se st. v. ch.
9) *Ed.* infra.
10) *Ed. add.* ut C. de non nu. pec. 4, 30. l. Si ex cautione. 3. et C. de prob. 4, 19. l. Actor. 23. in fi.
11) *Ed.* quaecunque.
12) *Ed.* actore.
13) *Ed. add.* esse probanda.
14) *Cod.* reprobatione.
15) *Ed.* Eadem quoque.
16) *Ed. add.* est.
17) *Ed.* replicatione.
18) *Ed.* Nanque.
19) *Ed. add.* haec.
20) *Ed.* juvant.
21) *Pro* reus — sublevatur *ed.* reum exceptio et duplicatio sublevant, ut ff. de except. 44, 1. l. 2.
22) *Ed.* jam.
23) *Ed. om.* e. q.: *cod. om.* quod.
24) *Ed.* probationes.
25) *Ed.* rei.
26) *In ed. praem. inscriptio* De Accusationibus Titulus 5.
27) *Ed.* st. meret, id est, *pro* m. st.
28) *Ed. add.* et potestatem, in qua agentes sine fraude evocari non possunt.

praetor: propter delictum, ut | infamis [1]): propter turpem quaestum, ut hi, qui num|mos ob [2]) accusandum vel non accusandum [3]) acce|perint: propter conditionem, ut [4]) liberti contra patronos ||: propter suspicionem calumniae, ut hi [5]), qui falsum testi|monium subornati dixerunt. Ratione paupertatis, ut | hi, qui minus habent quinquaginta aureis: [attamen non excluduntur [6]), si | suam injuriam mortemve propinquorum defendant [7]) vel ex|equantur [8]). Sed et [9]) hi, qui judicio publico damnati sunt [10]), quive pugnandi causa cum bestiis [11]) in arenam intromissi sunt |, quive artem ludicram vel lenocinium exercent [12]). Sed et [13]) | filii contra matrem jus accusandi [14]) non habent, nec [15]) frater magn|um et capitale crimen contra fratrem intendet [16]). Qui duos | accusavit [17]) tertium accusare non potest [18]). Similiter vocem fa|miliaris et servi [19]) oportet potius intendi [20]), quam audiri adversus | eum, cujus familiaritati vel dominio adhaeserit [21]), excepto cri|mine majestatis, item arctioris [22]) annonae populi Romani, et | falsae monetae, necnon et [23]) falsi, quodsi suppresserit [24]) dominus testamentum |, in quo [25]) relictam sibi libertatem servus [26]) adseverat. Aliquando non prorsus inter|dicitur accusatio, sed suspenditur, nomenque rei, id est accusati |, aboletur: ex integro tamen repetendi reum [27]) potestas fiat [28]) |, ut, si non fiat inscriptio, et alia, quibus

Fol 80d

1) *Ed.* infames.
2) *Ed.* ad.
3) *Ed. om.* v. n. a.
4) *Ed. add.* filii contra parentes.
5) *Ed. om.*
6) *Cod.* excluditur.
7) *Cod.* defendat.
8) *Cod.* exequatur.
9) *Ed.* Si *pro* S. e.
10) *Cod. om.* d. s.
11) *Ed.* c. b. depugnandi causa.
12) *Ed.* fecerint, ut ff. eo. 48, 2. l. Qui accusare, cum tribus ll. sequentibus. 8. 9. 10. et l. Qui in judicio publico. 4.
13) *Ed. om.*
14) *Ed.* j. a. c. m.
15) *Ed.* vel minus.
16) *Ed.* intendit.
17) *Ed.* accusaverit.
18) *Ed. add.* ut C. eo. [*immo: est tit.* De his, qui accusare non possunt. 9, 1.] Cum rationibus. 16.
19) *Cod. om.* et servi.
20) *Ed.* intercidi.
21) *Ed.* inhaeserit.
22) *Cod.* arctionis.
23) *Ed. om.*
24) *Fd.* consumserit.
25) *Cod.* inde.
26) *Cod. om.*
27) *Cod.* reo repetendi.
28) *Scribendum* est.

opus est [1]). *In* [2]) inscriptione enim | oportet esse nomen Pag. 77
accusantis et accusati, nomen criminis, | et legis, et consulis [3]), et [4]) ejus nomen, cum [5]) quo commissum est scelus, et [6]) tempus, id est mensis [7]), quo factum est [8]), et locus, scilicet [9]) ubi: sed neque diem |, neque horam invitus comprehendet. Inscriptionis enim conceptio ta|lis [10]) in legibus invenitur. Titius professus est, se Maeviam | lege Julia de adulteriis eam deferre, quod dicit, eam cum Gajo Sejo | in civitate illa, domo illius, mense [11]) illo, consulibus illis [12]) | adulterium commisisse [13]) |.

§. 7. [14]) Testium [15]) ratio talis est [16]). Ad testimonium per judicem compelli pos|sumus [17]), et improbe versantes absque [18]) fori praescriptione [19]) coerceri. Quando|que [20]) excusamur, sive in omnibus causis, ut senes, valet|udinarii [21]), sive in aliquibus, veluti in publico crimi|ne contra cognatum admittimur volentes [22]): et quandoque excu|samur, quandoque cogi possumus inviti [23]). Interdum invi|ti excusamur, et [24]) volentes repellimur, ut liberi contra paren|tes et e converso. Testium quidam judicis officio, quidam ex|ceptione removentur. Judicis officio, propter dicendi sus|picionem: exceptione [25]), veluti qui damnati [26]) sunt de cri|mine famoso, quos jubent leges [27])

1) *In ed. jam sequitur inscriptio:* De inscriptionibus Titulus 6.
2) *Cod. om.*
3) *Ed. om.* e. c.
4) *Ed. praem.* Sed.
5) *Ed.* a.
6) *Cod. om.*
7) *Ed. add.* in.
8) *Ed. om.*
9) *Ed. om.*
10) *Ed.* talibus.
11) *Ed.* me, se.
12) *Ed.* i. c.
13) *Ed. add.* ut ff. eo. 48, 2. l. Si cui. 7. et C. eo. 9, 2. l. In causis criminalibus. 16.
14) *In ed. praem. inscr.* De Testibus Titulus 7.
15) *Ed. add.* vero.
16) *Ed.* t. e. r.
17) *Ed.* c. pos. p. j.
18) *Ed.* a.
19) *Ed.* p. f.: Cod. *om.* coerceri.
20) *Ed.* aliquando.
21) *Ed. add.* ut ff. eo. 22, 5. l. Inviti. 8.
22) *Ed. add.* ut ff. eo. 22, 5. l. lege Julia. 4.
23) *Ed. om.*: *contra add.* ut ff. tab. ex. 43, 5. l. locum. 3. §. de Exhibere. 9. et quemad. test. ap. 29, 3. l. Cum ab initio. 4.
24) *Ed. om.*
25) *Ed.* exceptis.
26) *Ed.* condemnati.
27) *Ed.* l. j.

improbos esse [1]) et intes|tabiles [2]). In testibus fides, dignitas, mores, gravi|tas examinanda est; imprimis conditio, utrum decu|rio an plebejus sit [3]), an [4]) honestae [5]) vitae an repre|hensibilis, an locuples [6]), an egenus, utrum amil|cus ejus [7]), de [8]) quo [9]), an [10]) inimicus, in [11]) quem te-
Pag. 78 stimonium | fert [12]): *utrumne* unum et praemeditatum omnes [13]) visi sunt | dicere sermonem, an non [14]). Postremo rescriptum extat [15]) |, judicem non utique ad certam probationis speciem cognitionem statim alligare debere [16]), sed ex sententia | animi sui aestimare [17]) oportere [18]), quid aut |cui [19]) credat, aut | parum probatum sibi opinetur [20]). Sunt casus, in quibus [21]) quilibet testes admittuntur, ut | arenarius, vel similis persona [22]), de famoso carmine damnatus [23]), non tamen | sine tormentis [24]): veluti [25]) in crimine falsae monetae [26]) |: ad testimonium in judicio adulterii admittitur praetor |, si non in eadem causa judicet; nam si judicaturus est |, non admittitur, quemadmodum nec patronus, id est advocatus [27]).

Fol. 81a §. 8. [28]) Judicium accipitur actus ad minus trium per-

1) *Ed.* e. i.
2) *Cod.* detestabiles. *Ed. add.* ut ff. eo. 22, 5. l. Ob carmen famosum. 21.
3) *Ed. om.*
4) *Cod. habet* coī.
5) *Ed.* honostae.
6) *Cod.* locuplex.
7) *Ed.* ei.
8) *Ed.* pro.
9) *Ed. add.* testimonium dat.
10) *Ed.* vel.
11) *Ed.* contra.
12) *Ed. add.* ut ff. eo. 22, 5. l. In testibus. 2. cum l. sequenti.
13) *Ed. om.*
14) *Ed. add.* ut ff. eo. 22, 5. l. Testium. 3. §. Ideoque. 1.
15) *Cod.* est.
16) *Cod. om.* c. st. a. d.
17) *Cod. om.*
18) *Cod. add.* allegare.
19) *Cod.* cuidam.
20) *Cod.* aestimet. *Ed. add.* ut ff. eo. 22, 5. l. Testium 3. §. Ejusdem. 2. *Cod. h. l. add.* §. *signum non apte, unde omisi.*
21) *Cod. om.*
22) *Cod. om.* v. s. p.
23) *Ed.* c. f. *et om.* d.
24) *Ed. add.* ut ff. eo. 22, 5. l. Ob carmen famosum. 21. §. ult. [*immo: est* 2.]
25) *Ed.* Cum.
26) *Ed.* de falsa moneta.
27) *Ed. hoc loco non allegat, uti debuit ff. eo.* 22, 5. *l. Ob carmen famosum.* 11. §. *Illud.* 1.: *et pro* ad t. — advocatus *habet haec:* ad testimonium admittuntur in judicio adulterii. Precor non mea causa judex. Jam si adjudicaturus est non admittitur, quemadmodum etc.: *Cod. om.* nec *ante* patronus.
28) *In ed. praem. inscriptio* De judice et judiciis Titulus 8.

sonarum |, actoris [1]) intendentis [2]), rei [3]) intentionem | evitantis, judicis in medio cognoscentis. Quod vero ut [4]) | juris sortiatur effectum, spectatur forma judicii, judicis vis [5]) | et potestas. Forma [6]) in instituendo [7]) et terminando. In in|stituendo intuemur personas, rem, utrumque simul. Judex est, | qui neque natura removetur, ut mutus, neque jure |, ut infamis, qui licet arbiter esse possit [8]), judex tamen [9]) esse [10]) non potest [11]). Judicare aliqui [12]) nequeunt natura, ut infantes, [illegible]i | jure, ut servi |.

§. 9. Pedaneus principaliter liberalem causam non cogn|oscit, licet incidenter examinet, non [13]) de ea, sed de principali, pro|nuntiando [14]); cujus victoria [15]) et ad libertatem extenditur [16]). Si|militer si is agit, vel actionem suscipit, qui legitimam adm|inistrationem non habeat [17]), nullum est judicium, cum per pro|curatorem [18]) nec dici controversiae solent, nec *potest* [19]) esse judi|cium. In Pag. 79 terminando forma illa est. Actor ut vincat, in|tendat actionem [20]), intentionem [21]) probet [22]). Simili modo reus | negabit, excipiet [23]), probabit. Judex examinet [24]), saepius interroget [25]), postea pronuntiet [26]), servato biennio in | criminalibus, triennio in pecuniariis causis [27]): sedens, scrib|ens, de scripto partibus recitans, executioni quod judic|atum est mandans.

1) *Ed. praem.* scilicet.
2) *Cod.* intentionis.
3) *Cod.* res.
4) *Cod.* u. v.
5) *Cod. om.* judicii *et habet* jus *pro* vis: *ed. om.* judicis vis.
6) *Ed. om.*
7) *Ed.* statuendo.
8) *Ed.* poterit.
9) *Ed.* t. j.
10) *Ed. add.* jure.
11) *Ed.* poterit.
12) *Cod.* aliquid.: *ed.* n. a.
13) *Ed.* nec.
14) *Ed. add.* ut C. de peda. judi. 3, 3. l. II.
15) *Ed.* victoriam.
16) *Ed.* extendimus.
17) *Ed.* haberet.
18) *Pro* c. p. proc. *ed.* tamen et procurator falsus.
19) *Ed.* poterit: *acr.* soleant *et* possit.
20) *Ed.* a. intendit.
21) *Ed.* intentam: *cod.* intentatia [am].
22) *Ed.* probabit.
23) *Ed. add.* et.
24) *Ed.* examinat.
25) *Ed.* interrogat, ut ff. de interro. act 11, l. l. penult.
26) *Ed.* pronuntiat.
27) *Ed. add.* ut C. de judi. 3, 1. l. properandum. 13. §. sin autem. 8.

§. 10. Vis et potestas est ex contestatione, et pronunciatione |. Contestatione [1]) res [2]) | novatur, non ut decedat aliquid sed ut | accedat, cum temporalis actio perpetuetur [3]), non transitura in here|des transeat, usuraria fiat, quod ante non fuerat [4]) |. Pronunciatione quoque novatur [5]) res [6]), non ipso jure sed excep|tione perpetua, si reus obtineat, cum etiam actionem pariat |, si actor vincat. Ubi ergo absunt, quae abesse oportet |, et adsunt, quae adesse oportet [7]), hoc et judicii [8]) et sententiae nomine merito censeri [9]) potest |.

§. 11. Apellatio sive provocatio est [10]) ad majorem judicem con|tra sententiam a minore [11]) factam vocatio vel proclamatio. Appellare licet | non tantum victo, sed etiam alii cujus interest, ut venditori, vic|to emtore; domino, victo procuratore. Tunc autem appellatur, | cum contra aequitatem vel jus litigatoris, non contra constitutionem | sententia lata fuerit. Contra constitutiones fertur sententia, ut si | sit judicatum, minorem quatuordecim annis posse testari, vel | onere liberorum vel paupertatis et similium non posse excu|sari a tutela vel cura: et tunc appellatione opus non est. Contra jus li|tigatoris sic pronunciatur, si te judex non admiserit pro|bantem minorem aetatem, vel numerum liberorum, sed contra te senten|tiam dixit, quia negavit, te probasse de aetate vel liberis. |Hoc casu appellatio necessaria est, et ipso quidem die, quo [12]) sententia | fertur, satis est viva voce appellare, alioquin ad li|bellos appellationis dandos praefinitum tempus decem dierum. | Facta autem appellatione omnia in suo [13]) statu esse debent, | donec superior judex sententiam approbet vel corrigat |. Sicut autem non est opus appel-

1) *Ed.* contestatur.
2) *Cod.* re.
3) *Cod. et ed.* perpetuatur.
4) *Pro* non — fiat *cod.* transit ita in heredes, ut, si transeat, usuraria fiat: *ed. om.* q. a. n. f.
5) *Cod.* renovatur.
6) *Ed. om.*
7) *Cod. om.* et — oportet.
8) *Ed. add.* nomine.
9) *Ed.* c. m. *Huc usque editio codicem comitatur.*
10) *Cod. om.*
11) *Cod. om.* a m.
12) *Cod.* quod.
13) *Cod.* sua.

latione, si sit contra jus sententia lata|, sic si venabili [1]) mercede sententiam proferat. Aliquando causa | non est ejus momenti, ut appellatio admitti debeat, ut | de possessione momentaria. |

§. 12. Consultatio est [2]) illa causa, in qua disquiritur, Fol. 81b an bene | sit appellatum, an bene judicatum. Consultationis ante | tempora observabantur per fatales dies, et primus fatalis dies | plerumque erat sex mensium. Secundus et tertius et quartus [3]), sin|guli triginta dies habebant [4]). Quodsi quatuor diebus [5]) fata|libus, qui appellaverat, exciderat, reparabantur a principe tempora trium mensium. Nova autem constitutione [6]) huic rei [7]) | melius prospicitur, quia appellanti impertitur annus, in|tra quem secundum se communiterve [8]) litem exequatur, aut si justa causa | intercesserit alius annus indulgetur [9]), quo transacto | lite non impleta [10]) rata manet sententia appellatione cessante [11]).. | Cum unus mensis superest de [12]) biennio, licet victori in|gredi, ut reus quaeratur, quo [13]) invento [14]), sive non, suas aff|erat [15]) allegationes, et [16]) vel confirmetur vel rescindatur sententia, omni [17]) | casu absente in expensis condemnando [18]): neutro [19]) occ|urrente, rata manet sententia, secundo fatali praeterito [20]). Si quando | sen-

1) *Cod.* venabili *i. e.* venerabili.
2) *Addenda est fortasse praep.* in.
3) *Cod. add.* et.
4) *Cod.* habebat.
5) *Cod.* vir duobus: *prius ortum ex* IIII.
6) *Est Nov* 49. *pr. unde desumtum est, quod sequitur auctor noster, auth.* Ei *post l.* 2. *C. de temporibus* 7, 63.: *ex qua priora hausta sunt. Notandum autem est, Novellam non introducendae sed prosequendae appellationis tempus respicere, authenticumque non secundae sed ultimae hujus tituli constitutioni adjungendum fuisse.*
7) *Cod.* reo.
8) *In auth. add.* cum adversario.
9) *In auth. ed. Spang. et al.* indulgeatur.
10) *In auth.* completa.
11) *In auth.* appellatore cessante, *quae verba conjuncta sunt cum periodo sequenti.*
12) *In auth.* ex.
13) *In auth. add.* sive.
14) *Cod.* inventa.
15) *Cod.* asserat.
16) *Cod. om.* et.
17) *In auth. praem.* in.
18) *In auth. add.* secundum tempora fatalium dierum.
19) *In auth. add.* vero..
20) *In auth.* post secundum fatalem permanet sententia rata.

tentia lata in Aegypto vel in utraque Libya usque ad summam decem libra|rum, et appellatum fuerit [1]), non in hanc regiam urbem eam | venire appellationem, sed ad praefectum Augustalem, non ti|mentem [2]) aliam appella-
tionem, ut constitutio nova [3]) decern|it. Si in Asia vel Pontica dioecesi [4]), ad viros [5]) specta|biles, comites, proconsules, praetores et moderatores [6]) per|venient [7]) similiter [8]), sine appellationis | spe, dei tantum et legum timore coactos. In Oriente [9]) super eadem [10]) decem libra-
rum summa lata sententia, comes Orientis sine | appellatione disceptabit. Non autem contra [11]) spectabilem ad alium | spectabilem, sed ad praefectum virum illustrem, cum viro | excelso quaestore cogniturum [12]), appellationes diriguntur |. A praesidibus vel aliis judicibus, a principe datis, si non [13]) sunt spectabiles, lata sententia de eadem
decem librarum | auri [14]) summa appellatio ad spectabiles referatur: ab | illustribus ad competentes judices antiquo mo|re referuntur appellationes, quod ex ipsa patebit [15]) aperti|us [16]). Postremo si a delegato sit appellatum, | is

1) *Pro* sententia — fuerit *Nov. Vulg.* ex Aegyptiaco tractu vel adjuncta ei utraque Libya provocatio speratur usque ad decem librarum auri quantitatem. *Ex quibus verba* usque ad, *quae in cod. desiderantur, in textum recepi, mutato insuper* aut, *quod illic legitur, in* et.

2) *Pro* non timentem aliam appellationem *Nov. habet:* qui audiat et causam dirimat vice sacri cognitoris, nulla ei penitus post definitivam sententiam appellatione porrigenda.

3) Nov. 23. c. 3. med. c. 4.

4) *Cod.* dicoeſſi.

5) *Cod.* vires.

6) *Cod.* mādatores.

7) *Cod.* p̄uīne.

8) *Cod.* similit᷑ similit᷑ similit᷑᷑ sm̄.

9) *Cod.* Orientes.

10) *Cod.* eod᷑.

11) *Cod.* n̄ m̄ cc̄ *pro* non autem contra.

12) *Cod.* cognitu̇.

13) *Cod.* si n᷑ si n᷑.

14) *Cod.* aurum.

15) *Cod.* habit.

16) *Cod.* aptius. *Pro* Si — apertius *Nov. habet:* Similique modo quoties in Asiana dioecesi vel Pontica tale aliquid emerserit usque ad praedictam quantitatem decem librarum auri, appellationes ad viros spectabiles, comites forte, vel proconsules vel praetores vel moderatores, quibus specialiter easdem lites peragendas deputavimus, remittantur, quatenus et hi ad similitudinem praefecti augustalis vice sacri cognitoris intercedant, et causas sine spe quidem appellationis, dei tamen et le-

qui delegavit super appellatione jure facta cognoscet [1]). Licebit appellatori nec non victori novas allegationes in judicio afferre, ac postea causam integre renovare. Appellandi licentia omnibus fere patet. Nam homicidae, venefici, adulteri, item qui | manifestam violentiam commiserunt, argumentis | convicti, testibus superati, voce propria vitium scelusque confessi appellare non permittuntur. In eadem contumaces, qui tribus edictis propositis, vel uno pro tribus, | quod peremtorium dicitur, litteris evocati, praesentiam | sui facere contemnaverunt; quia qui jus dicenti non | obtemperat, litis damno coercetur. Poenam autem contumacis non patitur quem adversa valetudo [2]), vel majoris causae occupatio defendit. Sed nec ab executione [3]) appellatur, nisi modum executor excedat. Interdum jure facta appellatio post evanescit, veluti si

gum timore proferant decidendas: Orientalem autem tractum causas appellatione suspensas, et usque ad decem librarum auri quantitatem limitatas ad virum spectabilem comitem Orientis mittere, simili modo audientiam et finem eis impositurum. *Cap. IV.* Illo videlicet observando, ut viri spectabiles, duces vel alii spectabiles judices, non ad alios eadem spectabilitate decoratos judices suas transmittant appellationes in litibus, quantaecunque sint quantitatis, cum non oporteat ad compares judices appellationes referri, sed a minori judicio in majus tribunal ascendere, sed ad illustrissimam praefecturam illorum appellationes cujuscunque sint quantitatis, ut dictum est, dirigantur, qui una cum viro excelso pro tempore quaestore eas dirimat; utroque officio subministrante, id est, tam ex sacris scriniis more solito, quam praefecto praetorio. Ita tamen haec sancimus, ut nec a ducibus vel aliis spectabilibus judicibus, quibus forte, etsi privati sint, imperialis majestas causas injunxerit, appellatio ad memoratos spectabiles judices currat, ne causa non gradatim procedere, sed perperam videatur. Sed a praesidibus quidem provinciarum et judicibus a nobis datis, si non sint spectabiles judices, intra memoratam quantitatem referetur. Si autem vel illustres sint dati a nobis judices, quibus apices dignitatum super spectabilitatem sunt, vel duces, qui omni modo spectabilitate sunt decorati, vel ii, qui a principe delegati sunt, spectabilem habeant dignitatem, eorum appellationes sub quacunque quantitate in hanc regiam urbem ad competentes antiquo more judices referantur. *Quae quidem si cum textu contuleris, apparet exinde, repraesentare istum, quippe qui nec cum Juliani epitome concordat, authenticum, quod ab Accursio non receptum est.*

1) *Cod. om.*
2) *Cod.* valitudo.
3) *Cod.* excusatione.

criminaliter condemnatus appellet, et ita de|cedat crimenque morte extinguatur. |

§. 13. Cessat itaque appellatio cum propter rem, tum
Fol. 81c propter personam. | Propter rem, quia sit contra jus lata sententia, vel mercede ve|nabili, vel quia sit ad duumviratum vocatus is, de | quo per appellationem incertum fuerat, an jure fuerit ad decu|rionatum vocatus; vel quia sit in [1]) momentaria possessio|ne decretum. Propter personam, quia sit in criminalibus desi|gnatus [2]) convictus, vel confessus, vel contumax, vel etiam quia | praefectus praetorio [3]) judicaverat. |

§. 14. Judex si commotus [4]) pretio vel gratia perperam judicav|erit, vindictam non modo aestimationis et famae, verum | etiam litis dispendium sustinebit. Si per inscien-
10 tiam [5]) et impruden|tiam male judicaverit, condemnabitur, quatenus aequum judicanti videbitur.

1) *Cod. om.*
2) *Cod.* designatis.
3) *Cod.* praetor.
4) *Cod.* condemnatus.
5) *Cod.* scientiam.

DAMASI

SUMMA DE ORDINE JUDICIARIO.

Titulorum index.

1.	De libelli oblatione	Fol.	81*a*	l. 1 —	Fol.	81*b*	l. 32
2.	Qualiter cavere debeat is, qui alieno nomine convenitur . . .	»	81*b*	» 32 —	»	81*c*	» 26
3.	De libelli compositione in actione in personam	»	81*c*	» 26 —	»	81*d*	» 41
4.	De libelli compositione in actione in rem	»	81*d*	» 42 —	»	82*b*	» 13
5.	Compositio libelli in interdicto recuperandae possessionis . . .	»	82*b*	« 14 —	»	82*b*	» 21
6.	Compositio libelli in interdicto retinendae possessionis	»	82*b*	» 21 —	»	82*b*	» 35
7.	Compositio libelli super possessione adipiscenda	»	82*b*	» 35 —	»	82*d*	» 4
8.	De editione actionum	»	82*d*	» 4 —	»	83*a*	» 24
9.	De editione instrumentorum vel privilegiorum	»	83*a*	» 24 —	»	83*b*	» 20
10.	Utrum quis possit actionem petendi mutare	»	83*b*	» 20 —	»	83*b*	» 41
11.	De in jus vocando	»	83*b*	» 41 —	»	83*c*	» 33
12.	Quis vocet in jus	»	83*c*	» 33 —	»	83*c*	» 39
13.	Quid sit juris, si vocatus in jus ante litem contestatam non veniat	»	83*c*	» 39 —	»	83*d*	» 15
14.	Quis possit vocare in jus . . .	»	83*d*	» 15 —	»	83*d*	» 40
15.	Quid juris, quando plures proponuntur quaestiones.	»	83*d*	» 41 —	»	84*a*	» 11
16.	Quid juris, si aliquis absens sit post litem contestatam . . .	»	84*a*	» 11 —	»	84*a*	» 24

17.	Quando fieri debet reconventio et qualiter	Fol.	84*a*	l.	24 —	Fol.	84*b*	l. 6
18.	De his, quae fiunt ante litem contestatam	»	84*b*	»	6 —	»	84*c*	» 4
19.	In quibus causis fiant interrogationes ante litem contestatam	»	84*c*	»	5 —	»	84*d*	» 36
20.	De litis contestatione	»	84*d*	»	37 —	»	85*a*	» 2
21.	Quis sit effectus litis contestatae	»	85*a*	»	3 —	»	85*a*	» 12
22.	Quid, si reus non respondeat .	»	85*a*	»	12 —	»	85*a*	» 20
23.	Quando exceptiones sunt opponendae	»	85*a*	»	20 —	»	85*a*	» 45
24.	In quibus casibus opponatur exceptio post sententiam . . .	»	85*b*	»	1 —	»	85*b*	» 41
25.	Quis probare debeat exceptionem	»	85*b*	»	41 —	»	85*c*	» 10
26.	A quo opponatur exceptio . .	»	85*c*	»	10 —	»	85*c*	» 31
27.	Per quas personas possit fieri litis contestatio	»	85*c*	»	31 —	»	85*d*	» 29
28.	De recusatione judicis	»	85*d*	»	29 —	»	86*a*	» 13
29.	An causa recusationis debeat assignari	»	86*a*	»	13 —	»	86*b*	» 32
30.	Propter quas causas judex recusetur	»	86*b*	»	32 —	»	86*c*	» 12
31.	De interrogationibus post litem contestatam faciendis . . .	»	86*c*	»	12 —	»	86*c*	» 30
32.	A quibus faciendae sint interrogationes in jure	»	86*c*	»	30 —	»	86*d*	» 6
33.	Qualiter debeat interrogatus respondere	»	86*d*	»	6 —	»	86*d*	» 26
34.	Quae exiguntur ad hoc, ut confessio praejudicet.	»	86*d*	»	26 —	»	87*a*	» 40
35.	De commissione causarum . .	»	87*a*	»	40 —	»	87*a*	» 44
36.	Quis judex causas delegare possit et qualiter	»	87*a*	»	44 —	»	87*b*	» 41
37.	In quo differunt delegati a principe ab aliis	»	87*b*	»	41 —	»	87*c*	» 24
38.	Quibus possit fieri delegatio .	»	87*c*	»	25 —	»	87*c*	» 34
39.	Quae causae possint delegari .	»	87*c*	»	34 —	»	87*d*	» 9
40.	Quid sit jurisdictio contentiosa, quid voluntaria	»	87*d*	»	9 —	»	87*d*	» 20
41.	In quibus causis delegantur ea, quae sunt jurisdictionis							

	contentiosae vel voluntariae, et quibus delegantur	Fol.	87*d*	l. 20 —	Fol.	87*d*	l. 45
42.	Quibus modis prorogetur jurisdictio	»	87*d*	» 45 —	»	88*a*	» 15
43.	Quibus modis finitur jurisdictio judicis delegati	»	88*a*	» 16 —	»	88*a*	» 26
44.	De quaestione incidenti, quando praejudicat principali quaestioni et quando non	»	88*a*	» 26 —	»	88*b*	» 43
45.	De juramento calumniae	»	88*b*	» 44 —	»	88*c*	» 6
46.	Quando juretur de calumnia . .	»	88*c*	» 6 —	»	88*c*	» 14
47.	Quae personae debeant jurare	»	88*c*	» 14 —	»	88*c*	» 36
48.	Quae contineantur in juramento calumniae	»	88*c*	» 36 —	»	88*d*	» 7
49.	In quibus causis juratur de calumnia	»	88*d*	» 7 —	»	88*d*	» 22
50.	Quae poena nolentis jurare de calumnia	»	88*d*	» 22 —	»	88*d*	» 37
51.	Utrum a judice dandum sit tempus ad deliberandum . . .	»	88*d*	» 37 —	»	89*a*	» 1
52.	Quis prius juret, an actor an reus	»	89*a*	» 1 —	»	89*a*	» 39
53.	De probationibus	»	89*a*	» 39 —	»	89*b*	» 10
54.	In quibus casibus negativa probetur	»	89*b*	» 10 —	»	89*b*	» 35
55.	Qualiter negativa probetur . .	»	89*b*	» 35 —	»	89*c*	» 2
56.	Quando defertur a judice sacramentum	»	89*c*	» 3 —	»	89*c*	» 26
57.	Quando defertur a parte parti sacramentum	»	89*c*	» 26 —	»	89*d*	» 36
58.	Quot sunt species probationis	»	89*c*	» 37 —	»	90*a*	» 10
59.	Quae praesumtio probationem recipit in contrarium	»	90*a*	» 10 —	»	90*a*	» 33
60.	De testibus	»	90*a*	» 33 —	»	90*c*	» 7
61.	Quot testes faciant fidem . . .	»	90*c*	» 8 —	»	90*c*	» 22
62.	In quibus casibus unius testimonium faciat fidem	»	90*c*	» 22 —	»	90*c*	» 45
63.	Quid, quando testes concordant	»	90*c*	» 45 —	»	90*d*	» 37
64.	Quid, si testes sibi invicem contradicant	»	90*d*	» 37 —	»	90*d*	» 43
65.	Quae diversitates noceant in testimonio	»	90*d*	» 44 —	»	91*b*	» 28
66.	Quot productiones testium fieri debeant	»	91*b*	» 28 —	»	91*b*	» 45

67.	Qualiter testes deponere debeant	Fol.	91*c*	l.	1 —	Fol.	91*c*	l.	21
68.	Quando testes jurare debeant	»	91*c*	»	21 —	»	91*c*	»	31
69.	In quibus causis ante litem contestatam recipi possunt testes	»	91*c*	»	31 —	»	91*d*	»	7
70.	Quae continentur in juramento testium	»	91*d*	»	7 —	»	91*d*	»	18
71.	Qui testes sint domestici . . .	»	91*d*	»	18 —	»	91*d*	»	30
72.	In quo casu clerici possunt ferre testimonium in causa ecclesiae	»	91*d*	»	30 —	»	91*d*	»	42
73.	An post publicationem attestationum possint testes produci	»	91*d*	»	42 —	»	92*a*	»	44
74.	An testes de auditu recipiendi sint	»	92*a*	»	44 —	»	92*b*	»	20
75.	An testes debeant esse rogati	»	92*b*	»	20 —	»	92*b*	»	36
76.	An socii criminis sint ad testimonium admittendi	»	92*b*	»	36 —	»	92*c*	»	10
77.	Quando in causa sua possit quis ferre testimonium	»	92*c*	»	10 —	»	92*c*	»	25
78.	An judex possit esse testis . .	»	92*c*	»	25 —	»	92*c*	»	32
79.	Quando possit opponi in personas testium	»	92*c*	»	32 —	»	92*d*	»	10
80.	In quibus casibus cogendi sunt testes testificari	»	92*d*	»	10 —	»	92*d*	»	19
81.	Quando compelluntur testes ad testimonium perhibendum	»	92*d*	»	19 —	»	92*d*	»	36
82.	In quibus causis instrumenta praeferuntur testibus	»	92*d*	»	36 —	»	93*a*	»	15
83.	De officio advocatorum	»	93*a*	»	15 —	»	93*b*	»	6
84.	De sententiis	»	93*b*	»	6 —	»	93*c*	»	10
85.	In quibus causis relevatur sententia	»	93*c*	»	10 —	»	93*c*	»	29
86.	Quando sit appellandum . . .	»	93*c*	»	29 —	»	93*c*	»	45
87.	De officio judicis	»	93*c*	»	45 —	»	94*a*	»	30
88.	An dandae sint dilationes pro testibus et instrumentis	»	94*a*	»	30 —	»	94*a*	»	37
89.	Qualiter sententia executioni mandetur	»	94*a*	»	38 —	»	94*b*	»	12

Prolegomena.

Damasus jurisconsultus, natione Bohemus si Durantis [1]), Hungarus si Diplovataccii [2]) sequeris auctoritatem, ab hoc Damascus, in Parisiensi codice nr. 3925a Damasius nuncupari videtur. Et illud quidem nomen ex scribendi errore originem ducere luculentissime apparet, si finem inspicis codicis modo laudati, ubi bis leguntur haec verba, *explicit ordo judiciarius magistri*, et jam sequitur priori loco *Damasci*, posteriori *Damasii*, littera *i* in litteram *c* per incuriam mutata. Hoc autem cum non modo in fine libri sed etiam in ejusdem initio ita legatur, ut scripsi, iis sua non videtur deesse auctoritas, quotquot hunc similemve fontem secuti sunt. Sed vel sic tamen falluntur. Etenim cum per totum fere codicem *i* producta geminate scripta sit, neque alius praeter genitivum nostri auctoris casus reperiatur, videt profecto unusquisque, quam fragile exinde pro Damasio desumatur argumentum. Fuit autem Bononiae clarus canonum professor, et cum Joannes Andreae [3]) eum praeponat Alano Laurentio Vi-

1) Spec. juris prooem. §. 14. ed. Francof. a. 1612.

2) cf. Sabiniacum in hist. jur. Rom. med. aevi T. 5. p. 149.: add. eundem ed. 2. T. 3. p. 42—48.

3) in additamentis ad Spec. Jur. ad v. Damasus, Bohemus.

centio Joanni Teutonico, Sartius [1]) concludit exinde, „non esse verosimile, visam ab eo compilationem Gregorianam, immo ne Honorianam quidem, nec fortasse ullam insuper ex iis, quae post primam Bernardi Papiensis prodierint.“ Sed quae postremo dixerat statim ipse corrigit ideo, „quia habeamus ejus glossam in *c. ad haec sumus.* 10. *de rescriptis.* 1, 3., quae est Lucii tertii, et edita fuerat in secunda Decretalium compilatione.“ Sabiniacus [2]) autem, cum Brocarda ad provectiorem auctoris referat aetatem eam ob causam, quia Gregorianae in iis mentio injici videatur collectionis, et in fine Tancredi ordo judiciarius laudetur, quem librum antea post annum 1234 scriptum esse demonstraverat [3]), Grégorii IX tempora tetigisse Damasum affirmare videtur. Sed ut taceam, vix fore quemquam, qui ea, quae de Tancredi ordine judiciario a viro primario disputata sunt, post acutissimas Friderici Bergmanni disquisitiones [4]) adhuc defendi posse arbitretur, unde alterum viribus suis destituitur argumentum, ex utroque ad aetatem Damasi recte constituendam nihil desumi posse, ex iis apparebit, quae de Brocardis infra disputabuntur. Mihi tota haec quaestio tantummodo ex scriptis, quae Damasum habent auctorem, decidi posse videtur. In quibus cum tres priores Decretalium compilationes saepissime laudentur, neque quicquam, quod posterius sapiat tempus, floruisse magistrum inter annos 1210 et 1227 dicendum est non sine causa. Quod quidem luculentius apparebit exhibito scriptorum recensu. Composuit autem Damasus, quae sequuntur:

1. *Summam super titulis Decretalium,* quae vulgo dicitur compilatio prima. De qua quidem cum Sartius [5]) et Sabiniacus [6]) nihil nisi nomen notassent, mihi contigit esse tam felici, ut in tres inciderem codices manuscriptos, qui librum istum repraesentant.

1) De clar. archig. Bon. proff. p. 306 ad not f.
2) l. c. p. 150.
3) l. c. p. 111—117.
4) Progr. de libello, quem Tancredus Bononiensis de judiciorum ordine composuit. Gottingae. 1838.
5) l. c. p. 307. not. f.
6) l. c. p. 151. nr. 3.

a) *Basileensis*, C. I, 13., membranaceus, saeculi XIV. Continet liber plures tractatus juridicos, et haec summa legitur in medio post Tancredi ordinem judiciarium. Sunt folia 20, quodvis quaternarum columnarum, columna 66 versuum. Tituli rubro, initiales litterae caeruleo colore distinctae sunt. Finis libri desideratur. Abrumpitur enim in titulo *de raptoribus et praedonibus*, et extrema quae leguntur verba sunt: *Poena incendiarii secundum leges est, ut qui dolum fecit igni cremetur aut a* [1] *capite puniatur, ut ff. de incendio*, ita ut ea, quae sequuntur inde a verbis *ruina naufragio. 47, 9. qui aedes. 9. et l. penult. et ult.; secundum canones excommunicatur: etc.*, decisa sint, i. e. inde a titulo primae compilationis *de usuris* usque ad titulum *de regulis juris*, et praeterea qui in fine operis annectuntur tituli, *de translatione episcopi, ut lite non contestata non procedatur ad sententiam diffinitivam, de confessis, de exceptionibus, ne vacante ecclesia aliquid immutetur, ut beneficia ecclesiastica sine diminutione conferantur, de feodis, de celebratione missarum, de baptismo, de novi operis nunciatione, de sequestratione.* Et hi quidem videntur esse, de quibus in prooemio operis scriptum extat: *Materia sunt decretales „et quaedam utilia capitula, quae in corpore canonum* [2] *registro Gregorii cum* [3] *Brocardo* [4] *reliquerat Gratianus.“* Qui factum sit, ut apud Haenelium [5] in indice hic liber ad Damasum papam relatus sit, non intelligo.

b) *Lipsiensis*, apud Fellerum p. 345., nunc nr. 975., membranaceus in folio, saeculi XIV, miscellanei argumenti. Legitur haec *summa decretalium a magistro Damaso composita* inde a fol. 172c v. 57 usque ad folium 184a v. 65. Singula folia quaternas habent columnas, columnae 75—85 versus: tituli rubro colore scripti sunt.

c) *Oxoniensis bibliothecae Bodlejanae* nr. 1141, mem-

1) Haec vox ejicienda est.
2) L. suprascr. *in* ab al. manu: B. om.
3) B. et.
4) L. Bucardo.
5) Catalogus librorum manuscriptorum p. 555 et 1107.

branaceus in folio, saeculi XIII vel XIV, miscellanei argumenti. Titulus est: *Incipit summa titulorum extravagantium a magistro Damaso compilata, amen;* et continetur liber foliis uno et viginti, quorum singula quaternas habent columnas.

Initium operis est: *Juri operam daturum prius nosse oportet, quid jus sit.* Finis autem: *Item si sequester ex justa causa interveniente velit deponere officium, potest hoc facere permittente judice, et erit res deponenda in aede sacra, ut ff. depositi. 16, 3. l. ei. 5. §. ult.*

2. *Quaestiones*, numero CCLXXVIII, quas in qualibet materia juris super omnibus titulis et libris Decretalium utriusque compilationis posuisse refertur a Diplovataccio [1]). Et ista quidem utraque compilatio quaenam sit se non intelligere fatetur Sartius [2]). Mihi secundam tertiamque respexisse videtur vir doctus, oppositas eas primae, super qua summam composuerat Damasus. Opus enim ita institutum est, ut in forensibus controversiis dilucidandis a decretali primae, secundae, tertiaeve compilationis semper et ubique desumatur exordium, versaturque in iis potissimum materiis, quae propter practicam quam vocant utilitatem uberiorem postulare videbantur expositionem, quam in summa pro totius operis indole potuerant nancisci. Codices hujus operis manuscriptos neque Sartius allegavit neque Sabinianus. Mihi innotuerunt, qui sequuntur:

a) *Basileensis*, cf. 1. a., folia octodecim et duae columnae, qui quidem vel eum latuit, a quo codicum Basileensium catalogus exaratus est, et eam quidem ob causam, quia summae extrema, quaestionum pars anterior ita detruncata est, ut, nisi ipsius libri consulueris materiam, pro uno eodemque habeas, quandoquidem externa diversitatis prorsus desiderantur vestigia. Incipit a verbis: *extra de crimine falsi. 5, 20. c. 1.* [3]). *Item pone, quod an-*

1) l. cit.
2) l. c. p. 307. not. e.
3) Est comp. I h. t. 5, 16. c. 2. Sed quamvis et in Basileensi et in Lipsiensi codice conformiter *c. 1.* scriptum, et *lib. I.*

tequam confessus fuisset ille, sacerdos sciebat delictum illud, et ita scirat ut homo: licet ergo incepit scire ut deus, tamen poterit testificari de illa scientia, quia habet ut homo, ut probatur per illam decretalem si sacerdos. 1, 23. 6. (*c. 2. X. 1, 31.*). Quae quidem desumta sunt ex secunda quaestione: *Item quaeritur de illa decretali si sacerdos. 1, 23. 6.* tituli *de officio ordinarii*, proximeque antecedunt verba: *Item, cum compulsus a judice non dicit veritatem, videtur peccare, quia uterque reus est, qui falsum dicit et qui veritatem tacet.* Unde apparet resecta esse ea, quae in Lipsiensi codice duo folia et tres columnas explent.

b) *Lipsiensis*, cf. nr. 1. b. Incipiunt quaestiones fol. 197a v. 21: finis est fol. 208c vers. 71: *expliciunt quaestiones veneriales a magistro Damaso compilatae.*

c) *Oxoniensis*, cf. nr. 1.c. Antecedunt quaestiones Brocarda, cf. infra nr. 3., et replent folia duodeviginti, singula quaternarum columnarum.

Initium operis est: *Quaeritur, an episcopus canonem latae sententiae condere possit inter subditos suos? Et videtur, quod sic: extra de majoritate et obedientia. 1, 25. si quis venerit. 3. lib. I* (c. 2. X. 1, 33.), *extra de sententia excommunicationis. 5, 18. a nobis. 10.* (c. 21. X. 5, 39.). Finis est: *excommunico Titium vel Sejum, quis eorum sit excommunicatus.*

3. *Brocarda, sive regulas canonicas.* De quibus antequam fusius disputetur, codicum conditio indicanda est.

a) *Basileensis*, cf. nr. 1.a. Sunt folium unum sex columnarum et tres columnae in aversa ultimi quaestionum folii parte. Cetera resecta, et ultima quae habemus verba haec sunt: *arg. fraus et dolus nemini debent patrocinari. J. extra de filiis presbyterorum 1, 9. ad praesentiam. 2. lib. I.* (c. 2. X. 1, 17.), *J. extra de eo, qui duxit in matrimonium, quam polluit per adulterium. 4, 7. propositum. 1. lib. I* (c. 1. X. 4, 7.), *J. extra de cognatione spiri-*

omissum sit, caveas tamen, ne ex uno exemplo aliquid concludas, cui cetera constanter refragantur.

rituali. 4, 11. c. 2 [1]) *lib. I* (c. 2. X. 4, 11.), *J. extra de rescriptis. 1, 2. super litteris. 10.* (c. 20. X. 1, 3.), *ff. XXX. Q. I. dictum. 4.* Nuspiam vestigia occurrunt loci laudati, qui tertia compilatione posterior sit.

b) *Oxoniensis*, cf. 1. c. Sunt folia septem, singula senarum columnarum, concordantque in universum cum Basileensi codice. Ultima verba respondent finalibus regulae 131 editionis Basileensis a. 1567, ita ut tres postremae regulae omissae sint. Et quae hoc loco et antea de Oxoniensi codice proposui, ea debeo benevolentiae juvenis doctissimi mihique amicissimi Joannis Jacobi Bachofen J. U. Dris, hoc tempore in Anglia peregrinantis.

Hisce positis convertamus nos ad editiones. Quae quidem duplicem repraesentant recensionem. Altera auctorem habet Bartholomaeum Brixiensem. Librorum manuscriptorum, in quibus contineatur, duplicem notitiam mecum communicavit J. J. Bachofen:

a) *In bibliotheca Bodlejana, Oxonii, nr. 486. cod. miscell. arg.:*

b) *In bibliotheca Arundeliana, Musei Britannici, nr. 459. cod. miscell. arg.*

Sabiniaco teste [2]) ter impressa est:

a) *1519. Lugd. 4. ap. Sym. Vincentium, per Jo. Marion.*

b) *1554.* (non *1549*) insert. *Tract. Lugduni T. 12.* (non *17*) *f. 2 — 8* (non *25*).

c) *1584* insert. *Tract. un. jur. Venetiis, T. 18. f. 506 — 512.*

Primam non vidi, de secunda et tertia, quae conformes sunt, haec notanda habeo. Titulus est: *Brocarda Damasi: correcta per excellentissimum doctorem Bartholomaeum Brixiensem.* Initium ita sonat: *Quoniam* [3]) *secundum juris varietatem in multis nimium est* [4]) *correctio facienda, idciroo ego Bartholomaeus Brixiensis Brocarda juris ea-*

1) Cod. 1. habet.
2) l. c. p. 151.
3) Cod. Bodl. *Quum.*
4) Cod. Bodl. pro *n. e.* habet *immineat*: Sabiniacus *l. c. p. 151. imminat.*

nonici [1]) *duxi pro viribus corrigenda.* Dissecuit editor opus in tria membra, quorum priora duo quinquagena continent argumenta. In priori membro ultimum argumentum numero non est insignitum, ita ut hoc re vera quinquaginta contineat et unum. Desinit extremum membrum in nr. 32 eodem loco, quo codex Oxoniensis. Concordat haec reformatio, si summaria adimis singulis membris praeposita, et gravissima menda et omissiones typographi excipis, quibus scatent Tractatus, cum codicis Basileensis parte quae superest exacte, neque quicquam fecit Bartholomaeus, nisi ut antiquarum compilationum numeros Gregorianae collectioni adaptaret.

Altera, teste eodem [2]), his repraesentatur editionibus:

a) *1562. Colon.* 8. (Lipen. I, 169.).

b) *1566. Antverp. ex off. Christ. Plantini* 8. *ed. Petrus Salunus Aquilius.*

c) *1567. Basileae*, 8. *per Eusebium Episcopium et Nicolai Episcopii heredes, studio Caspari Hervagii*, post *Azonis Brocardica.*

d) *1570. Francof. fol. in collectione de regulis juris.* (Lipen. I, 169.).

e) *1668. Colon.* 8. (Id. eod.).

Et quae Lipenius habet, ea non satis certa sunt. Equidem his addo:

f) *1566. Lugduni fol. ap. her. Junctae.* In libro, qui inscriptionem habet: *Regulae juris tam civilis quam canonici, fol. 636—667* leguntur, *Damasi veteris juris canonici doctoris Burchardica, sive, Regulae Canonicae, in utramque partem breviter discussae, et conclusae.*

Quae quidem, si leviora excipis, quae hoc loco commemorare longum est, concordat cum editione Basileensi, nisi quod haec paullulum correctior est: ideo etiam cum ea, quae prodiit Antverpiae, Sabiniaco teste [3]), quam huc usque videre mihi non licuit. Sed si cum manuscripto codice Basileensi et Bartholomaei reformatione

1) Pro *B. j. c.* cod. Bodl. *Damasi* (*da*).
2

2) l. c. p. 150 sq.

3) l. not. cit.

conferis, magna conspicua est varietas. Primum enim in fine tres regulae adjectae sunt; deinde in ceteris satis ampla locorum copia addita est ex iis praecipue fontibus, qui post tres priores compilationes lucem viderunt: denique satis frequenter loci relicti sunt, qui aut omnino aut ex parte in Gregorianam non transierunt collectionem, adjecta interdum in margine nota, non legi eos in jure Pontificio.

Ex quibus omnibus apparet: primum, genuina Damasi Brocarda hucusque in lucem non esse edita, nisi forte lateant in editione Lugdunensi a. 1519.: deinde, reformationem a Bartholomaeo Brixiensi profectam multo magis ad genuinam operis faciem accedere, quam eam recensionem, quae in ceteris editionibus prostat, quaeque huc usque genuina Damasi Brocarda continere putabatur: denique quod ex istis de aetate libri et auctoris desumtum est argumentum, viribus suis destitui, cum loci ex Gregoriana collectione petiti posterioribus debeantur curis, et Tancredi ordinis judiciarii commemoratio in ea editionis parte facta sit, quae Damasum vix habeat auctorem.

4. *Summam de ordine judiciario.* Duos hujus libri codices manuscriptos, Parisiensem nr. 3925 a, et Viennensem jus canon. nr. 17. in fine, proposuit Sabiniacus [1]). Et hujus inspiciendi hucusque mihi non data est facultas. De Parisiensi codice in catalogo librorum mss. latinorum bibliothecae regiae haec leguntur:

„Codex membranaceus, olim Baluzianus. Ibi continetur breviarium Bernardi, praepositi Papiensis. Est autem illud breviarium collectio prima decretalium extra decretum, ut ajunt extravagantium, in quinque libros juxta rerum ordinem distributa, authore Bernardo Circa, praeposito Papiensi.

Is codex saeculo decimo quarto exaratus videtur."

Quae quidem descriptio et falsa continet, et imper-

1) l. c. p. 150.

fecta est. Est codex membranaceus in fol. min., quo continentur sequentia:

a) *Secunda decretalium compilatio.* Incipit: *Clemens III. Anthonio* [1]) *episcopo* |. *pars cap. significasti. Incipit liber II^us de Constitutionibus* |. *Praeterea de lege illa vel errore, quam tuos cives asseris statuisse etc.* In fine legitur: *Explicit liber V.* Fol. 1—66., unumquodvis quaternarum columnarum. Scripta esse videtur ista pars codicis medio saeculo XIII.

b) *Incipiunt Constitutiones Generalis Concilii.* In fine legitur: *Anno ab incarnacione verbi MCCXVI celebrata est secunda universalis synodus Romae in ecclesia sancti salvatoris, quae Constantiniana vocatur, Mense Octobri, praesidente domino Innocentio papa III, pontificatus ejus anno XVIII.* (Enumeratio eorum, qui affuerunt.) *Expliciunt constitutiones concilii.* Fol. 67—79. Fol. 80 vacuum est.

c) *Incipit summa magistri Damasi, Bononiae composita de ordine judiciario.* In fine: *Explicit ordo judiciarius magistri Damasi.* Fol. 81—94b. Inscriptiones capitulorum rubrum colorem habent, initiales litterae rubro caeruleove alternis vicibus distinctae sunt.

d) *Incipit prooemium Azonis ad summam Institutionum.* Fol. 94^a — 95^b. Ultima verba sunt: *Imperator Justinianus . . . omnia jura emanant*, cetera desiderantur.

Libri sub nrr. b. c. d. saeculo XIII exeunte scripti esse videntur.

5) *Historias decretorum* a Damaso scriptas esse auctor est Diplovataccius. Et Sartius [2]) quidem, « quum in multis codicibus manu exaratis historias, quae in libro decretorum memorentur, a Bartholomaeo Brixiensi expositas reperisset, quarum ex prooemio constabat, auctorem suam operam collocasse non tam in historiis Decretorum primo exponendis, quam aliorum expositionibus corrigen-

1) Ap. Augustinum legitur *Anconitano.* 2) l. c. p. 306.

dis, iisque ad sua loca aptandis et collocandis, ut in scholis legi consueverant, propterea conjecit, Bartholomaeum has ipsas Damasi expositiones prae manibus habuisse, licet Damasum ipsum ne nominatum quidem voluerit. Quibus quidem, quae repetiit Sabiniacus [1]), quod equidem addam non habeo.

Et proposueram mihi ab initio edere opera Damasi, quae sub nrr. 1—4 nominavi. Quod quidem consilium, quatenus ad Summam super prima compilatione, Quaestiones et Brocarda spectat, ut in praesentiarum abjicerem, multae me moverunt causae, quas enumerare longum est: ordinem autem judiciarium ut in aliud tempus reponerem, hac edendi occasione oblata, a me impetrare non potui. Dicendum igitur est, quam viam in editione adornanda ingressus sim. Descripsi singula Parisiensis codicis folia accuratissime, rara quae textui inserta erant paragraphorum, et capitulorum (*c.*) ex Decretalibus, et legum (*l.*) ex civili jure desumtarum signa, cum sine certa norma a scriptore addita esse viderentur, omisi, designavi contra et titulorum numeros et singulos codicis versiculos junctis numeris marginalibus, mutavi in locis ex Decreto laudatis numerorum signa Latina et quotiescunque in exemplis allatis ejusmodi signum occurrit id litteris expressi, addidi denique singulis locis ex fontibus laudatis nostrarum editionum numeros, adjectis insuper in antiquis Decretalium compilationibus capitulis Gregorianae collectionis quae respondent. Quod attinet ad orthographiam, solvi scribendi compendia, incerta in notis indicavi, atque omnia nostro scribendi modo adaptavi, ita ut constantem scripturam *ci*, *ii*, *e*, ubique mutarem in *ti*, *i*, *ae*, praeterea *aput*, *set*, *optinet*, *adhipiscenda*, *honus*, *yconomus*, *peniteat*, *littem*, *nichilominus*, *symonia*, *secuntur*, similia corrigerem, mentionem ea de re in notis injicere, superfluum esse arbitratus. De fontibus, ex quibus hausit Damasus, fusius tractare hoc loco omitto, cum ea

1) l. c. p. 151 sq.

disputatio uberiores profecto allatura sit fructus, si de omnibus, qui glossatorum aevo vixerunt, processus judiciarii scriptoribus simul instituatur. Illud tamen praetermittere nequeo, quod Pillium se secutum esse saepissime confitetur Damasus. Qua in re quomodo versatus sit, ut accuratius perspexerim, hoc debeo Clarissimo Praeceptori, qui pro insigni sua benevolentia quem ipse exaravit Pillii de ordine judiciorum librum manuscriptum, propediem typis excudendum, humanissime mecum communicavit. Duplex autem exinde huic editioni accessit utilitas. Primum enim in locis non ita paucis mendosa codicis lectio poterat emendari et lacunae quaedam suppleri. In quo quidem eam ingressus sum viam, quam in meis quoque emendationibus sequendam esse putavi, ut nunquam aliquid mutarem, nunquam aliquid adderem, nisi ubi aperta essent depravationis indicia, de cetero in indicandis iis, quae codex repraesentabat, religiosissimus: unde liberum unicuique relinquitur arbitrium in dijudicanda mutationis additionisve necessitate. Ex causa utilitatis neque adjeci quicquam neque ademi. Damasus enim, quamvis saepissime Pillium ad verba repetendum esse putaverit, quaedam tamen decurtavit, alia mutavit, multa denique addidit. Quae quidem omnia si restituere voluissem, in temeritatis profecto inciderem vituperium non sine causa. Ne autem in annotationibus fusius adjicerem atque explicarem, prohibuerunt rationes, quas in editione adornanda mihi proposui, quandoquidem volui criticam exercere artem, commentarium scribere nolui. Tutissimum igitur esse arbitratus sum, ut quotiescunque aliquis titulus aut integer aut ex parte ex Pillio desumtus esset, locis parallelis adjectis lectorem ea de re facerem certiorem. Quos quidem si consulere voluerit, cum instituti nostri facillime poterit perspicere rationem, tum alterum, quod in Damasum ex nova Pillii editione redundabit indagare commodum. Quae enim de fontibus atque tota libri conditione illic sagacissime disputata invenies, exinde Damaso quoque suam afferri lucem, quis est qui non videat? Deinde autem ex

ista comparatione luculentissime apparebit, ita auctorem nostrum in opere suo adornando versatum esse, ut quam ex civilis juris fontibus a Pillio potissimum mutuaverat materiam, ea, quid ex Decreto Gratiani Pontificumque Decretalibus ceperit incrementi, quas passa sit mutationes, dilucide proponeret, novam in singulis materiis disponendis sequeretur methodum, exhiberet denique libellum, unde et succincta et perfecta ordinis judiciarii, qui illis temporibus viguit, desumi possit imago.

Incipit summa magistri Damasi Bolnoniae composita, de ordine judiciario |.

Fol. 81a

De libelli oblatione |. *Tit. 1.*

Si quis vult alicui movere quaestio|nem, debet judici libellum porrigere, in | quo signabit, quare conqueratur, ut extra | I [1]) e. t. 2, 3. c. unico (c. 1. X. 2, 3.)= vel etiam sine libelli | oblatione potest quis proponere judici intentio|nem suam, ut extra I de pactis. 1, 26. Antigo|nus. 1. (c. 1. X. 1, 35.). Actionem suam itaque debet actor in | libello proponere, et talis libellus appellatur con|ventionalis: unde dixi, quod actionem proponere de|bet, cum nemo sine actione valeat experiri |, ut ff. de administratione tutelae. 26, 7. quoties |. 9. §. item si temporali. 2., et C. de negotiis gestis. 2, 19 |. tutori vel curatori. 20. Sed hic opponitur |: Numquid potest quis agere, officium judicis proponen|do? Et certe utique: ergo sine actione experiri | quis potest. Unde sunt quidam, qui voluerunt | dicere officium judicis actionem, ut arg. ff. | de precario. 43, 26. l. ult.: quam sententiam fere omnes | reprobant. Sed ita dicas. Nemo sine actione | experiri potest, quae proprie dicatur actio, vel im|proprie, ut rei vindicatio: vel sine eo, quod locum | actionis obtinet, ut

1) *Sabiniacus in historia juris Romani medii aevi T. 5. p. 149. s. f. hunc numerum, antiquae compilationis indicem, in praepositionem* in *mutavit: non recte.*

est judicis officium|, et ut sunt interdicta, licet loco interdictorum | in factum actio introducta sit, ut in | Inst. de interdictis. 4, 15. §. ult. Est autem lex | quaedam, quae dicit, quod libellum vel querelam | simplicem non debet judex recipere, et reo | porrigere, nisi actor satisdederit cum idoneo | fidejussore, quod prosequetur litem vel per se | vel per procuratorem: et si apparuerit, eum | injuste movisse litem, dabit reo deci|mam partem quantitatis in libello comprehensae|. Si vero non possit cavere cum fidejussore|, et hoc ostenderit sacramento suo, cavebit | cum juramento sine cautione fidejussoria, et | profitebitur, se haec omnia facturum. Et hoc | generaliter obtinet in omni causa, nisi moveatur | causa ex consensu utriusque partis, id est, consense|rint partes in hoc, quod non praestetur cautio, C. | de episcopis et clericis. 1, 3. auth. generaliter |. 2. post 25. Hoc facto admonebit judex reum, ut ve|niat; et cum venerit, debebit actor || iterum [2]) cavere reo vel procuratori ejus, scilicet gestori negotiorum ejus, quod infra duos menses | litem contestabitur, vel si non fuerit litem | contestatus, omne damnum in duplum re|sarciet reo: ita tamen, ut [3]) haec cautio non | transcendat triginta sex aureos, ut 3 |. q. 3 [4]). §. libellum. post 4. §. 4., et C. de litis | contestatione. 3, 9. in auth. libellum [5]). 2. Quidam tamen dicunt, quod cau|tio, quae continetur in illo auth. libellum |. 3, 9. 2., prius sit praestanda, quia respicit principium | causae; illa vero, quae continetur in illo auth. generaliter. 1, 3. 25. 2. est postea praestanda, quoniam finem causae respicit. Sed istae cautiones |, ut notavit Pillius [6]), ex consuetudine non recipiuntur. Vocandus est autem re|us a judice trinis edictis, quorum quodli|bet continere debet spatium triginta dierum |. Ita faciet judex semel et secundo et | tertio, et tunc demum procedet

Fol. 81b

2) *Cod.* item: *recepi lectionem ex Pillio P. 1. Princ. §. 1.*

3) *Cod.* quod: *rec. l. ex Pillio l. c.*

4) *Cod.* IIII.

5) *Om. in cod* in auth. libellum.

6) *Cod. ubique* Py. *Fol. 81a l. 30 — fol. 81b l. 15 desumta sunt ex Pillio P. 1. Princ. §. 1.*

contra eum | tanquam contra contumacem: et quod trinis | edictis vocandus sit reus a judice probatur | 24. q. 3. de illicita. 6. Item quod sin|gulae citationes debeant triginta dies con|tinere, probatur C. quomodo et quando judex. 7, 43 |. auth. qui [7]) semel. post 8. Potest autem judex | brevius tempus moderari secundum quod viderit ex|pedire, ut ff. de judiciis. 5, 1. nonnumquam |. 72. Item poterit prima vice mittere peremto|rium, si hoc justa causa exegerit, puta |, quando lis movetur super re, quae dilationem | non capit, ut extra I de dolo et contumacia |. 2, 10. dilecti. 3. (c. 1. X. de dilationibus. 2, 8.).

Qualiter cavere debeat | is, qui alieno nomine convenitur |. Tit. 2.

His ita perac|tis reo venienti in judicium offerendus | est libellus, et satisdabit judicio sisti |, quod scilicet apparebit et permanebit in ju|dicio usque ad finem causae, dato pig|nore vel fidejussoribus, vel jurabit |, vel simpliciter promittet, prout viderit ju|dex exigere qualitatem personae. Item da|bit sportulas. Et dabuntur ei viginti dies |, vel brevius tempus, secundum quod judici videbitur |, infra quod tempus deliberet [1]) reus, an cedat | vel contendat, vel recuset judicem |, si eum suspectum habuerit, vel petet ei || alium sociari, ut 3. q. 3 [2]). §. offeratur ei [3]). Fol. 81c post 4. §. 5 |. Potest autem judex inducias [4]) abbreviare, arg. extra III de sententia et re judicata. 2, 18. quod ad consultationem. 5. (c. 15. X. 2, 27.), extra I de appellationibus. 2, 20. cum sit Roma|na. 5. (c. 5. X. 2, 28.): licet quidam dicant contra, quia induciae bene|ficio legis dantur, et beneficium legis | non debet auferri a judicante, ut in Auth. de dignitatibus. 6, 10. (Nov. 81. c. 2. i. f.), et quantum detrahitur a | judice de tempore legi-

7) *Cod.* quia.
1) *Cod.* delibet.
2) *Cod.* IIII. *cf. fol. 81b.* 6 *n. 3.*
3) *Cod.* ei.
4) *Cod.* indicias.

timo, tantum suppletur | a jure, ut ff. de re judicata. 42, 1. l. 4 [5]). §. si quis | condemnatus. 5.: verior est tamen prior [6]) sententia [7]) |. Notandum est autem, quod litis contestatio [8]) facta sine libelli oblatione nullius est momenti secundum leges |, ut 3. q. 3 [9]). §. offeratur. post 4. §. 5., nisi in duobus casibus, quando scilicet breves sunt lites, et | quando episcopus cognoscit inter laicum et clericum |, ut C. de sententiis ex periculo recitandis |. 7, 44. auth. | nisi breves. post 3. Secundum canones videtur, quod valeat litis contestatio sine libello facta, arg. extra I | de officio delegati. 1, 21. relatum. 22. (c. 19. X. 1, 29.) et de dolo et contumacia |. 1, 10. prout. 4. lib. I. (c. 4. X. 2, 14.). Ex quo enim reus non exigit libellum renunciare intelligitur juris beneficio quantum ad hoc, quod possit huic juri renunciari consensu partium, quod scilicet | non offeratur libellus: arg. C. de episcopis et clericis. 1, 3. auth. presbyteros [10]). post 52.

De libelli compositione in | actione in personam |. Tit. 3.

Libellus sic commode concipitur [1])|: „Ego B. conqueror vobis de Martino, qui | debet mihi decem libras, quas sibi mutuavi“ — vel: „apud eum deposui“ — et cetera. Sed quid |, si dicet actor sic simpliciter: „Conqueror | de Martino“ — an possit talem libellum | recusare, et alium petere reus? Videtur ex lege, quod non, C. de annali exceptione 7, 40. l. ult.: sed contrarium est verum |, quia debet quantitatem comprehendere in libello, cum | agat personaliter, ut C. de episcopis et clericis. 1, 3. auth. | generaliter. post 25. verbo quantitatis etc., et vi-

5) *Cod.* III.
6) *Cod. add.* est.
7) *Fol. 81b l. 34 — fol. 81c l. 11 ex Pill. l. c.*
8) *Verbum* l. c. *in margine adscriptum: in textu praeterea reperitur* contes.
9) *Cod.* IIII. *cf. fol. 81b l. 6. n. 3.*
10) *Cod.* generaliter, *quod est init. legis.*
1) *Cod.* recipitur: *rec. lect. ex Pillio l. c.* §. 2.

detur [2]), quod sic debet concipi [3]) libellus, quod adver|sarius possit respondere, per libellum certifica|tus, ut extra I de libelli oblatione. 2, 3. c. unico |. (c. 1. X. 2, 3.). Pillius [4]). Item quaeritur, utrum, si actor quan|titatem expresserit, causam, ex qua debeatur |, cogendus sit exprimere: puta, petit decem libras |, et vult reus, ut exprimat causam, ex qua || petat, scilicet ex causa mutui, Fol. 81d vel ex alia. Et vi|detur, quod non, per illam legem C. de annali | exceptione. 7, 40. l. ult.; sed illa lex loquitur quoad [5]) perpetui|tatem actionis. Si enim talis libellus fuerit | receptus ex voluntate, quoniam non ex necessitate | recipitur, perpetuae sunt actiones, cum | per executorem fuerit reus conventus, ut C. | de praescriptione triginta annorum. 7, 39. sicut. 3. Sed est verius |, quod semper causam, ex qua debetur, exprimere debet |, ut ff. de exceptione rei judicatae. 44, 2. an eadem. 14. §. actio|nes. 2., et ff. de noxalibus. 9, 4. in delictis. 4. §. si detrac|ta [6]). 3., C. de edicto divi Hadriani tollendo. 6, 33. l. ult. verbo |, causae [7]). Et cum quis petit speciem, utique certam | petere debet: materiam, pondus, et speciem et colorem | exprimere debet [8]), si potest, ut ff. depositi. 16, 3. l. 1. §. si quis | argentum. 40., ff. de furtis. 47, 2. in ſhac actione |. 19., verbi gratia, infectae materiae pondus, puta, unam | platam argenti decem marcarum; et si fuerit ma|teria signata, debet dicere numerum [9]), puta, decem vel viginti solidos | monetae Senensis [10]); et si fuerit facta, id est, materia spe|cificata, debet dicere speciem, scyphum [11]) vel lancem | argenteam. Sed et mensura dicenda erit |, cum res mensura continetur, ut decem corbes vi|ni vel olei. In vestimentis, sive agatur | realiter sive personaliter, dici oportet numerum

2) *Cod.* dicit | detur.
3) *Cod.* compici.
4) *Fol. 81c l. 27—41. = Pill. P. 1. t. 1. §. 2.*
5) *Cod.* ad: *rec. lect. ex Pill. l. c.*
6) *Cod.* detrac|tata.
7) *Cod.* et causam.
8) *Cod.* e. d. *in marg. habet.*
9) *In cod. deest: addidi ex Pillio* l. c. §. 2.
10) *Cod.* sol'. deȳ. seȳ.: *rest. lect. ex Pill. l. c.*
11) *Cod.* ciphum.

et colo|rem, ff. de rei vindicatione. 6, 1. si in rem. 6., ff. de | furtis. 47, 2. in actione. 19. Sed si actor juraverit|, se [12]) colorem dicere non posse, hujus rei necessitas | ei remittitur, ut in illa l. in actione 47, 2. 19. §. | 1. Pillius [13]). Item ignoranti etiam pondus |, si juret se nescire, succurritur. Idem cre|do et in numero et mensura, ut ff. de|positi. 16, 3. l. 1. §. si quis argentum [14]). 40. Sed | quid proderit sacramentum, cum judex de|beat ferre certam sententiam? Respondeo, proderit ei|, quantum ad hoc, ut libellus ejus recipiatur |, et litem contestetur, quoniam aliter reus respondere | ei non cogeretur. Sed postmodum in processu | causae necesse habebit ista dicere, quoniam ju|dex super incerta re sententiare non posset, ut | in Instit. de actionibus [15]). 4, 6. curare. 32. Pillius [16]) |.

De libelli compositione in actione in rem |. Tit. 4.

Cum quis autem actione in rem agit |, sic commode libellum formabit: „Ego B. | conqueror de Martino, qui detinet || fundum meum, positum in tali loco etc.“ | Et Fol. 82a fundum debet designare nomine proprio, si proprium nomen habet, vel ea demonstratione, quae fun|gatur vice proprii nominis, et extra III de ap|pellationibus. 2, 19. significantibus. 7. (c. 49. X. 2, 28.). Item, si petat | puerum, debet dicere [1]) nomen, quod si ignoret |, debet dicere [2]): „qui natus est ex illa ancilla|“ — vel, „qui ex illa hereditate“ — ut ff. de | rei vindicatione. 6, 1. si quis in rem. 6., et illa talis | demonstratio vice proprii [3]) nominis fungitur, ff. de | conditionibus et demonstrationibus. 35, 1. nominatim. 34. Sed an et hic |, scilicet in actione in rem, debebit causam ex|primere? Puta: „fundum peto, quem emi, et [4]) |

12) *Cod. om.: add. ex Pill. l. c.*
13) *Fol. 81c l. 41 — fol. 81d l. 29 ex Pill. l. c.*
14) *Cod.* argumentum.
15) *Cod.* actione.
16) *Fol. 81d l. 30 — 41 ex Pill. l. c.*

1) *Ita cod. in marg.: in textu verbum* habere *oblitteratum est.*
2) *Eodem modo ut nti.* 1.
3) *Cod. in marg. add.*
4) *Cod.* vel: *rec. lect. ex Pill. l. c.*

ex traditione accepi a Titio“ — vel, „qui fuit | mihi donatus et traditus a Sejo“ — vel, „quem | Sejus mihi legavit.“ Et videtur, quod sic: et argui | potest et colligi ex l. ff. de exceptione | rei judicatae. 44, 2. si mater. 11. §. si quis autem. 2. Aliter tamen se habet veritas, quoniam sufficit si dicat, „fundum meum“, quod apparet per eandem l. 11. ff. de exceptione rei judicatae. 44, 2. pr. leg. et [5]) §. denique. 1. 2. et §. eandem. 4. 5. in fine et l. et [6]) an eadem. 14. §. actiones [7]). 2. Nam | qualecunque et undecunque dominium ac|quisitum habuerit, vindicatione | prima [8]) in judicium deduxit, ut ff. de ex|ceptione rei judicatae. 44, 2. si mater. 11. §. eandem [9]). 4. Et hoc speciale est in actione in rem, quia non est proprie | actio. Item designare debet, utrum petat | totum an partem, an [10]) quotam partem, quia appellatio | rei in actione in rem non genus, sed speciem [11]) | significat; quod si esset, designare non posset, et | quia genera non possunt videri vel tangi, ut ff. | de rei vindicatione. 6, 1. si in rem. 6. Verum justa causa inter|veniente remittitur necessitas dicendi, quotam partem, et datur rei vindicatio in|certae partis [12]), utputa, si dubitetur, an sit Falci diae locus, ut ff. de rei vindicatione. 6, 1. quae | de tota. 76. §. 1. Pillius [13]). Et sciendum, quod qui | se offert vindicationi fundi vel alterius | rei, quacunque actione conveniatur sine causa |, cum non possideat, condemnabitur, ut ff. de | rei vindicatione. 6, 1. is [14]) qui. 7., et ff. de petitio|ne hereditatis. 5, 3. qui se. 45., vel ad interesse actoris, ut ca|vetur in eadem lege „qui se liti.“ 5, 3. 45., vel forte, quanti ac|tor in litem juraverit. Sed distinguitur, utrum | ignoret actor, reum non

5) *Verba* §. si quis — et *desunt in cod.: desumsi ex Pill. l. c.*

6) *Cod.* an et.

7) *Cod.* actionem.

8) *Cod.* vindicationem primam.

9) *Cod.* eadem.

10) *Scribendum* et, *ut ap. Pill. l. c. ex conjectura Bergmanni.*

11) *Cod.* speciem sed.

12) *Cod.* parti.

13) *Fol. 81d l. 43 — fol. 82a l. 35 ex Pill. l. c. §. 2.*

14) *Cod. praem.* is, *quo efficitur l. 7.: at cf. fol. 82b l. 7., fol. 84b l. 34. et fol. 84c l. 4.*

possidere, nec dolo | fecisse, quominus possideret, in
Fol. 82b quo | casu non erit reus absolvendus, si patiatur || litem secum contestari: si vero ante | litem contestatam poeniteat eum, et dicat, se non | possidere, non decipit actorem, cum non possideat, et non videatur, se liti obtulisse, qui| discessit. Cum autem scit, reum non possidere|, tunc non ab alio sed a se decipitur, et ideo | reus absolvitur, ut ff. de rei vindicatione. 6, 1. is | qui se. 25. et l. sequenti. Pillius [15]). Item pu|nitur reus in actione in rem, si dicat|, se non possidere. Nam si actor probaverit, eum| possidere, patietur hanc poenam, quod possessio | rei petitae transferetur in actorem per | judicem, ut ff. de rei vindicatione. 6, 1. l. ult.|

Compositio libelli in [1]) *interdicto recuperandae possessionis* |. *Tit. 5.*

Item quando quis vult experiri de possessi|one recuperanda per interdictum unde vi |, sic concipiet libellum: „Ego B. conque|ror de M., qui vi mihi abstulit pos|sessionem fundi, positi in tali loco, et|c.“ — vel, „qui dejecit me de possessione | fundi positi in tali loco.“ Pillius [2]).

Compo|sitio libelli in [1]) *interdicto retinendae posse|sionis* |. *Tit. 6.*

Item si de possessione | retinenda voluerit quis experiri [1]), sic concipiatur libellus|: „Ego B. conqueror de M., qui inquietat | me possessorem talis rei, etc.“ — vel, „qui | non sinit“ — vel, „permittit, me talem fundum vel domum in pace | possidere“ — vel, „qui perturbat vel inquietat mihi | possessionem talis rei“ — vel,

15) *Fol. 82a l. 35 — fol. 82b l. 12 ex Pill. l. c. not. 49. — Fol. 82a l. 35 — fol. 82b l. 9 denuo leguntur infra fol. 84b l. 31 — fol. 84c l. 4.*

1) *Om. in cod.*
2) *Tit. 5. = Pill. l. c. §. 2.*
1) *Om. in cod.*
2) *Verba* v. q. e. *in marg. adscripta sunt.*

„qui non sinit | me uti meo arbitrio possessione talis| rei.“ Et in hoc casu locum habet interdic|tum uti possidetis secundum quosdam, vel in|terdictum unde vi, ut arg. ff. de vi et vi armata |. 43, 16. vim facit. 11., arg. ff. de acquirenda possessione. 41, 2. l. penult|. 40. et ff. uti possidetis [3]). 43, 17. si duo. 3. §. 2. Pillius [4]).

Compositio libelli super possessione adipiscenda |. Tit. 7.

Item de possessione adipiscenda sic commo|de concipitur libellus: „Ego B. conqueror de | M., qui detinet possessiones, quae pertinent ad bona illius, cui successi.“ Et semper | res, cujus possessio petitur, est in libello| designanda. Pillius [1]).

Consueverunt in|super boni advocati et sapientes circa | finem libelli inserere: „salvo eo, si plus | dicere voluero“ — vel, „reservata mihi licentia | addendi usque ad sacramentum calumniae“ ||. Et hoc totum judices admittunt, ut | extra de fide instrumentorum. 2, 13. inter dilectum. 1. lib. III (c. 6. X. 2, 22.). Pillius [2]). Item quaeritur, an de rebus incertis possit | libellus concipi: puta, „peto omnia, quae | patris mei fuerunt.“ Et dicunt quidam, quod sic, quia ju|dicio pendente actor, cum edit actionem |, res, quas [3]) petit, et causas petitionis debebit | explanare, et non dicunt actionem esse edendam| in libello, et sic intelligunt et expo|nunt omnes leges, quae superius conti|nentur de certificatione facienda ab| actore. Sed hoc prorsus falsum videtur, quia | jam reus non posset instructus esse ad | respondendum taliter scriptae petitioni propter illam | generalitatem, quae ambiguitatem in|ducit et obscuritatem, ut ff. de jure | fisci 49, 14.

Fol. 82c

3) *Cod. om.* l. penult. — possidetis, *quae reposui ex Pillio l. c.*
4) Tit. 6. *ex Pill. l. c.*
1) *Fol. 82b, l. 36 — 41 ex Pill. l. c. §. 2.*
2) *Fol. 82b l. 41 — fol. 82c l. 2 ex Pill. l. c. §. 2.*
3) *Cod. om.: add. ex Pillio l. c. §. 2.*

ita. 40. Nec obstat, quod, ubi ambiguitas est | in judicio, id intelligendum est, de quo | actor [4]) senserit, ut ff. de verborum obligationibus. 45, 1. inter stipulantem. 83. §. Stichum [5]). 7. Nam id ideo | contingit, quia est, quod imputetur reo, quod | non postulavit certam rem designari |. Item quod dicitur ff. de judiciis. 5, 1. solemus quidem |. 61., extra de causa proprietatis et possessionis. 2, 5. c. 2. libr. III | (c. 4. X. 2, 12.), omnia venire in judicium, nisi de quibus | actum est, ne veniant, intelligo de his | omnibus, quae continentur et comprehendi | possunt sub petitione actionis propositae |. Pillius [6]). — Ex praemissis, quae circa petitionem | rerum dicta sunt, apparet, quod in actione in | rem sufficit [7]), si quis dicat, se dominum esse, etsi non ex|primat dominii causam. Sed quaeritur, an sufficiat |, si actor rem, quam petit, dicat in libello | ad se pertinere. Et videtur, quod sic, quoniam potest proponere | rei vindicationem vel Publicianam, dum | tamen ex una illarum protestetur, se velle conse|qui, quod debetur sibi, ut ff. quorum legatorum. 43, 3. l. 1 |. Ergo licet ei dicere suum vel quasi suum, et sic non | habet necesse dicere suum, sed sufficit dicere, perti|nere rem ad se, ut arg. ff. de verborum significatione |. 50, 16. verbum illud pertinere. 181. Ceterum quia verbum | pertinere late patet, ut habetur in lege praedicta |, jam non esset beneficium editionis salvum | reo: nec enim potest esse plene instructus, an | ve-
Fol. 82d lit cedere an contendere. Sed per editionem | sic debet certiorari reus, ut de hoc plene possit | instrui, ut ff. de edendo. 2, 13. l. 1., in Auth. | de exibendis et introducendis. 5, 8. §. sancimus. (Nov. 53. c. 3. §. 1.), extra 1 de libelli oblatione. 2, 3. c. 1 (c. 1. X. 2, 3.). Pillius [8]).

4) *Cod.* auctor.
5) *Cod.* Sticium.
6) *Fol. 82c l. 3 — l. 29 ex Pillio l. c. §. 2.*
7) *In marg. adscr.*
8) *Fol. 82c l. 29 — fol 82d l. 4. ex Pillio l. c. §. 2.*

De editione actionum |. *Tit. 8.*

Actiones secundum canones ex necessitate non | edun- 5
tur, ut extra I de appellationibus. 2, 19. c. 1. (c. 43. X. 2, 28.). Si quis | tamen voluntarie ediderit actionem [1]), est recipien|da, ut extra de confirmatione utili vel inutili. 2, 20. exami|nata. 3. libro III (c. 15. X. de judiciis. 2, 1.), et idem est in interdictis, ut extra | III de restitutione spoliatorum. 2, 6. cum ad sedem. 5. (c. 15. X. 2, 13.). Ergo, si aliquis proponere velit actio- 10
nem apud judi|cem ecclesiasticum, qualiter proponat, in se|quenti notula domini Pillii invenietur |. Dictum est, qualiter libellus possit et debeat concipi ab actore experiri volente |. Verum lege cavetur, quod nemo sine 15
actione ex|periri potest, ut ff. de administratione tutorum. 26, 7. quotiens |. 9. §. 3. Ideo sciendum est, quod actor dicta intentione sua | debet ponere [2]) actionem apud judicem | ecclesiasticum, et eam edere, ut ff. de eden|do. 20
2. 13. l. 1. Et fit hoc modo actionis editio, scilicet per| oblationem libelli conventionalis. Item | per rescriptum principis ad preces alicujus | impetratum et judici insinuatum, et per e|um adversario et missum et cognitum [3]), ut | 25
in Auth. de litigiosis. 8, 13. §. Omnem vero. 3. (Nov. 112.). Rescriptum | enim vicem obtinet libelli conventionalis, extra | II [4]) de dilationibus. 2, 4. praeterea [5]). 1. (c. 2. X. 2, 8.). Sed hic | competenter quaeritur, an actio sit edenda in libel|lo expresso nomine actionis? Placentinus [6]) dicebat|, actionem esse edendam in libello, sed 30
hoc | ipso intelligebat editam, quod causa fuisset expres|sa, ut ecce: „Peto a te centum solidos, quia rem-| meam vendidi tibi“, et sic proponit iste actio|nem ex vendito. Sed dominus Joannes Bassianus dicebat expressim, quod non compellitur actor nomen actionis in libello inscrere,

1) *Cod. in textu* eam, *in marg.* actionem.
2) *Cod.* exponere.
3) *Cod.* e. c. e. m.: *mutavi sec. Pill. l. c. §. 3.*
4) *Cod.* III.
5) *Cod.* prudentiam.
6) *Cod.* P.

sed post in judicio debet nomen exprimere [7]). Et hanc sententiam sequuntur | canones, quia licet secundum canones actio ex necessi|tate non proponatur, scilicet nomen actionis in libello | non inseratur, tamen [8]) post in judicio debet nomen exprimere |. Sed quidam, ut sunt Pisani et alii, firmiter | tenent et observant, quod actor nomen | actionis in libello scribat expressim, et | inserat. Et hoc fere obtinet inter omnes, quod | vel scribat actor in libello, vel dicat post|ea judici, ut scribat; et judex scribit, et | Fol. 83a merito scribit, ut actori devagari [9]) non licel|at vel obscuram petitionem facere, maxi|me, cum reperiatur, actorem cogendum esse eli|gere actionem, ut ff. de tributoria. 14, 4. quod in here|dem. 9. §. eligere. 1., ff. dc legatis. 2. cum filius |. 76. §. variis. 8. Sed hoc verum esse credo, quando actor non | dubitat nec vacillat super facto. Si enim | dubitaret, puta, reus interrogatus non certi|ficat eum, tunc posset duas actiones sub | alternatione proponere, ut ff. quorum legatorum |. 43, 3. l. 1. Sed et alio modo potest quis edere, puta, di|ctando [10]) scribenti, vel si adversarium suum ad | alium ducat, et demonstret ei, quid dic|taturus [11]) sit, vel id dicendo, quo uti velit | in judicio, ut ff. de edendo. 2, 13. l. 1. §. 1 |. Item non compellitur praecise actor edere |, quia nemo agere compellitur, sed reus non | respondebit ei, si non edat. Item non est actio | in genere edenda, cum generaliter peto, sed spe|cialiter, quia non posset reus deliberare, et lex | dicit, quod eam actionem debet edere, qua usu|rus est ff. de edendo. 2, 13. l. 1.

Item edenda sunt omnia, quae quis apud judicem editurus est, ut [12]) ff. de edendo. 2, 13. l. 1. §. edenda. 3. Ergo et [13]) chartula, quae judici datur, in qua | con-

7) *Cod. om.* Sed—exprimere: *quae ut ex Pill. l. c. §. 3. addendum sequentia me moverunt.*

8) *Verba* n. i. t. *in margine: in textu* inserere sed.

9) *Cod.* denegare: *rec. lect. ex Pill. l. c. §. 3.*

10) *Cod.* dicendo.

11) *Cod.* dicturus.

12) *Cod. om.* ff. de — est, ut: *quae ut ex Pillio l. c. §. 3. reponerem, sensus postulare videbatur.*

13) *Cod. add.* in.

tinetur, qualiter et in quibus articulis | testes interrogentur [14]).

De editione | instrumentorum vel privilegiorum |.

Tit. 9.

Instrumentorum editio fieri debet sine die et | consule, hoc est, sine annis domini, qui ponun|tur in principio instrumentorum, vel privi|legiorum; et sine nomine illius, qui est dominus | chartae, cujus nomen consuevit poni in instru|mentis. Et ideo non edentur ista, nc prola|to die et consule aliquid fraudis excogite|tur, ut ff. de edendo. 2, 13. l. 1. Et ex consuetu|dine, quam judices observant, non dantur | instrumenta adversario, sed fit ex illis copia ex|emplandi per advocatum, vel alium | tabellionem. Et exemplabitur articulus ille | tantum, quo usurus est in judicio, ut extra II | de fide instrumentorum. 2, 14. contingit. 3. (c. 5. X. 2, 22.). Item fit | adversario copia inspiciendi cum advo|cato, et aliis paucis tantum, puta cum decem vel | undecim, secundum quod judici visum fuerit, extra II | de fide instrumentorum. 2, 14. accepimus |. 2. (c. 4. X. 2, 22.). Totum autem instrumentum vel privilegium pro uno articulo | non est dandum ad transscribendum, sed articulus || ille tantum, de Fol. 83b
quo fit mentio, ut in illa decretali | „contingit.“ 2, 14. 3. Sed numquid exhibitum instrumentum | iterum potest peti ut exhibeatur? Et videatur, quod sic |: immo, quotiens opus fuerit, exhibebitur, si justa | causa non defuerit [1]), ut ff. de edendo. 2, 13. l. veluti |. 7. §. haec vox iterum. 1. Si autem semel instrumen|tum exhibitum petat iterum quis exhiberi, quia | velit id probare esse [2]) falsum, jurare debet, quod hoc | non facit calumniandi animo, ut C. de | fide instrumentorum. 4, 21. l. ult. Et tunc debebit exhiberi | cum die et consule. C. de contra-

14) *Fol.* 82 *l.* 14. — *fol.* 83*a* *l.* 24. *ex Fill. l. c.* §. 3.

1) *Cod.* fuerit.

2) *In marg. add.*

henda vel committenda stipulatione. 8, 38. l. | optimam. 14., quia magis percipitur falsitas | in die instrumenti, quam alibi, ut extra [3]) de fide instrumentorum |. 2, 13. inter dilectos. 1. lib. III. (c. 6. X. 2, 22.). Si vero aliter dubitetur | de instrumento publico exhibebitur fine, ut scilicet | dicitur, et fiet de eo fides, et de instrumento | privato et forensi. In quem modum autem de | his fides fieri debeat, non pertinet ad prae|sentem materiam, et notavi [4]) de fide in|strumentorum. 2, 15. scripta. 2. lib. I. (c. 2. X. 2, 22.). Debet autem exhiberi instrumentum non cancellatum, non vitiosum, non laesum in prima figura vel in secunda, ut C. de edicto divi Hadriani tollendo. 6, 33. l. edicto [5]). 3. Sed nota, quod in litteris clausis non nocet abrasio, ut ff. de his, quae in testamento delentur. 28, 4. l. cancellaverat [6]). 2.

Utrum quis | possit actionem petendi mutare |.
Tit. 10.

Dictum est superius, quod actor debet specialem | actionem proponere et edere. Unde sciendum est |, quod specialem actionem editam, sive causam | petendi propositam, secundum canones nostros | licet mutare et emendare, et si prius mi|nus petierit, poterit postea in amplius in|tendere, et econtra, ut C. de edendo. 2, 1. l. 3., et Inst. | de actionibus. 4, 6. §. si minus. 34. Sed hoc verum esse dicunt qui|dam, antequam super minus vel super amplius | sacramentum calumniae praestetur, et lis con|testetur, C. quomodo et quando. 7, 43. in auth. qui semel |. post 8. Alii dicunt, quod etiam super his facto sacramento | calumniae possit actor actionem emen|dare, ut dictum est. Verum superior sententia veri|or est. Sed

3) *In marg. add.*
4) *Scilicet in summa super titulis decretalium Fol. 8b cod. Bas. C. I.* 13.
5) *Cod. habet* quamvis. 2.
6) *Inde a v.* Debet — cancellaverat *in marg. adscripta sunt: cod. habet* cancellatum. — *Quae in hoc titulo leguntur pro parte tantum desumta sunt ex Pillio l. c. §. 3. s. f.*

ita conceditur actori actionem | emendare in amplius, quod beneficium deliberationis | sit salvum reo, et novae induciae sibi | dentur. Pillius [1]). Quod fieri debet, quia ea, quae de novo emergunt, novo indigent consilio, ut ff. de interrogatoria actione. 11, 1. l. de aetate. 11. §. 2 [2]). In casu autem mutatur actio etiam | post litem contestatam, extra de causa proprietatis. 2, 5. pastoralis. 3. lib. III. (c. 5. X. 2, 12.).

De in jus vocando |. *Tit. 11.*

Et quia facta actionis editione se|quitur in jus vocatio, hic de ea aliquid | inseramus. In jus vocare est ad jus vo|care, id est, ad eum, qui jus dicit, sive possit || jus dicere inter vocantem et vocatum, sive | non. Fol. 83c Vocatus namque ad judicem alienum | ire debet, allegaturus fori privilegium [1]), qualiter apud eum litiga|re non debeat, arg. extra de appellationibus. 2, 20. cum parati |. 29. lib. I (c. 19. X. 2, 28.), ff. de judiciis. 5, 1. si quis ex aliena. 5.: et veni|re debet ante judicem, ut cognoscat judex |, an jurisdictio ejus sit, ut ff. si quis in | jus vocatus non ierit [2]). 2, 5. l. 2.: et si non vene|rit, mulcta ab eo damnari poterit |, ut ibidem dicitur, arg. extra [3]) I de appellationibus. 2, 20. si duobus. 7. lib. I |. (c. 7. X. 2, 28.). Item est in judice delegato, quia licet | ipse non sit judex, sed litterae sint impetratae | per tale mendacium, quo non subgesto | litterae impetratae non fuissent, vel tali veri|tate tacita, qua expressa litterae habitae non | fuissent. Et in causa principali non datur pro|cedere: poterit tamen cognoscere, an praedicta inter|cesserint in impetratione litterarum, ut extra | III de rescriptis. 1, 2. super litteris. 10. (c. 20. X. 1, 3.). Et quando judex | non suus indicit mulctam contumaci, si | habeat bona sub

1) *Fol.* 83*b l.* 22—39 *ex Pillio l. c.* §. 4.
2) *Verba* quod — II *in marg. adscr.*

1) Fori privilegium *in marg.*
2) *Cod.* erit.
3) *In marg.*

illo, ille idem judex man|dabit executioni, alioquin suus ju|dex, arg. C. de judiciis. 3, 1. properandum. 13. §. sin autem | reus abfuerit. 3., et ff. de ventre inspiciendo. 25, 4. l|. 1. §. ex hoc. 1. Et ita, ubi | dubitatur de ju|risdictione alicujus judicis, cognoscat ille | idem judex, an sit ejus jurisdictio, per illam legem, „si quis ex aliena.“ 5., ff. de judiciis. 5, 1. l. | 2. §. sed si agant. [4]). 5. fin. 6. Et videtur, quod | ipse judex in casu isto debeat ju|rare | de calumnia, et ita sustinebit partes ju|dicis et litigatoris contra c. qui est 4. q. | 4. nullus. 1. [5]).

Quis vocet in jus |. Tit. 12.

In jus vocat actor, et non reus. Et cogitur quis | invitus in judicium venire, quia judici|um redditur in invitum, ff. de verborum obligationibus [1]). 45, 1. inter | stipulantem. 83. Non tamen debet aliquis de domo | sua extrahi, et ita deduci in judicium, ut | ff. eodem. 2, 4. l. sed etsi. 21. [2]).

Quid sit juris, si vo|catus in jus ante litem contestatam non veniat |. Tit. 13.

Sed si non veniat |, mittetur actor in possessionem causa rei servandae hoc modo |: quia, si agebatur in rem, missio fiet in | possessionem rei petitae: si personaliter, tunc | in possessionem bonorum absentis, secundum | modum declarati debiti, ut extra III ut || lite non contestata. 2, 3., quoniam frequenter. 5. (c. 5. X. 2, 6.). Si vero sit causa | talis, quod non possit fieri missio, puta causa est | matrimonialis vel spiritualis vel criminalis, tunc excommunicabitur | absens, extra III ut lite non contestata. 2. 3. tuae. 3. (c. 3. X. 2, 6.). Si autem erga | quem mis-

Fol. 83d

4) *Cod. pro* l. 2. — agant *habet* l. II ad inimici de jure. *Rec. lect. ex Pill. l. c.* §. 5.
5) *Tit.* 11. *ex Pill. l. c.* §. 5.

1) *Pro* v. o. *cod.* judiciis.
2) *Duo priores tit. vera. ex Pillio l. c.* §. 5.

sio facta est, veniat infra annum, et | offerat cautionem, recipiet possessionem |: post annum non audietur, nisi super proprietate, extra | I de causa proprietatis et possessionis. 2, 8. c. ult. (*non ponitur.*). In casibus autem | proceditur ad definitivam sententiam contra contu|macem lite non contestata: in causa matrimoniali |, ubi opponitur perpetuum impedimentum: item | ubi agitur contra electum super inutili elec|tione: item in quaestione inquisitionis, ut in | illa „quoniam frequenter.“ 2, 3. 5. (c. 5. X. 2, 6.) [1]).

Quis possit vo|care in jus |. Tit. 14.

In jus non potest vocare nec vo|cari ex ordine, impubes, furiosus, vel | prodigus. Prohibentur in jus vocari quidam | ratione personarum, quidam ratione temporis. Ratione | personarum prohibetur quis in jus vocari multis [1]) et variis modis; ut si servus dominum |, libertus patronum in famosis actionibus |, vel alius quis aliquem in dignitate constitutum, vel | servum vel monachum vel presbyterum, dum sacra | facit, vel inclusum, vel eum, qui uxorem | ducit [2]), vel eum, qui apud alium judicem causam agit, vel | funus facit familiare, vocet quis in | jus, ff. e. 2, 4. l. 2 et 3. Ratione temporis |, ut si in diebus feriatis, utputa in | feriis sollemnibus, scilicet in pascha vel | die dominico, vel aliis sollemnitatibus | vocet quis in jus; vel in feriis repen|tinis, utputa si inducantur feriae | ob rem prospere gestam, vel ob aliud | gaudium, vel in feriis temporariis |, ut est tempus vindemiarum et messi|um, C. de feriis. 3, 12. omnes. 7. Consuetudo | tamen in foro ecclesiastico in contrarium | se habet, quia audiuntur causae in feriatis | diebus, licet etiam canones videantur pro|hibere, 15. q. 4. per totum [3]) |.

1) *Quaedam ex iis, quae habet tit.* 13., *leguntur apud Pill. part.* 3. §. 18.

1) *Cod.* multas.

2) *Cod. om.*

3) *Tit.* 14 *in quibusdam sequitur Pill. part.* 1. §. 5. *s. f.*

Quid juris, quando plures proponuntur quaestiones |. *Tit. 15.*

Vocans [1]) autem si plures proponat petitiones |, et simul eas possunt audire judices, audient | eas insimul judices, ut extra III de electione |. 1, 6. querelam. 9. (c. 24. X. 1, 6.), et de capellis monachorum III [2]). 3, 29.
Fol 84a dilectus [3]). 1. (c. 2. X. 2, 37.); si in||simul non possunt tractare, tractabunt ill|las prius, quas voluerit actor prius trac|tari, et postea tractabuntur aliae, nisi illae, quas | postea vult actor proponere, essent praejudicia, vel | prioris quaestionis, utputa: petit a me centum, et | dicit, me esse servum suum; prius tractanda | est quaestio servitutis, ut in Instit. [4]) de actionibus |. 4, 6. §. praejudiciales. 13., vel nisi prima sit contraria secun|dae: tunc enim unam necesse est eligere, quia, si | non eligeret, repelletur, ut extra III de appel|lationibus. 2, 19. sollicitudinem. 12. (c. 54. X. 2, 28.) [5]).

Quid juris, si | aliquis absens sit post litem contestatam |. *Tit. 16.*

Si autem proposita quaestione actoris lis super | ipsa contestetur, et postea absentet se [1]) reus |, judex, si liquet de causa, feret sententiam | diffinitivam, vel pro absente, si ille apparuerit | justam causam habere, vel pro actore [2]), si actor | probet intentionem; vel, si non possit liquere | de causa, puta, quia ille absens sustrahit co|piam probandi intentionem suam praesen|ti, mittet actorem in possessionem, et ab|sens veniens non admittetur, nisi ad quaestionem | proprietatis, extra I de dolo et contumacia. 2, 10. prout |. 4. (c. 4. X. 2, 14.), C. de judiciis. 3, 1. properandum. 13. §. sin autem. 3. [3]).

1) *Cod.* vocatus.
2) *Cod. om.*
3) *Cod.* dilecti.
4) *Cod. add.* l.
5) *In tit.* 15. *pauca desumta sunt ex Pill. l. c.* §. 6.

1) *Cod.* obsentet si.
2) *Cod.* per actorem.
3) *Tit.* 16. *in quibusdam sequitur Pill. part.* 3. §. 18.

Quando | fieri debet reconventio et qualiter|. Tit. 17.

Si autem reus non absentet se, sed velit | actorem reconvenire, hoc debet facere, antequam | contestetur super principali quaestione, quia porrec|to libello actoris porrigit ipse libel|lum suum super reconventionem, et lite | contestata super principali, contestatur | lis etiam super quaestionem reconventionis, ut | I extra de mutuis petitionibus. 2, 4. c. 2. et 3|. (c. 1. X. 2, 4.: *c. 3. non ponitur.*), et tractabuntur insimul et una sententia ter|minabuntur illae duae quaestiones, ut extra [1]) de or|dine cognitionum. 2, 4. cum dilectus. 1. lib. III. (c. 2. X. 2, 10.). Hoc | est, in principali quaestione vel absolvet | judex vel condemnabit reum, et in quaestio|ne reconventionis similiter. Poterit autem | reus super pluribus reconvenire actorem |, utputa, si actor convenit reum | super decem, ille reconveniet super centum, ut | ff. de jurisdictione [2]). 2, 1. si idem. 11. Item si u|na quaestione conveniat reum actor, reus | reconveniet eum super pluribus, ut extra [3]) de mutu||is petitionibus. 2, 4. c. 1. lib. I. (*non ponitur.*), ff. de procuratoribus. 3, 3. omnium ac|tionum. 37. Item si actor convenicbat super | re pecuniaria, reus reconveniet super re | spirituali, dummodo judicis persona hoc patiatur, id est, si sit | judex ecclesiasticus, C. de sententiis et interlo|cutionibus. 7, 45. cum Papinianus [4]). 14. [5]). Fol. 84b

De his, quae fiunt ante | litem contestatam|. Tit. 18.

Inprimis is, qui petitorio | judicio utitur, id est, uti vult, ne frustra experia|tur, quaerere debet, an reus possideat, vel dolo | desiit possidere, ut ff. de rei vindicatione. 6, 1. qui petitorio. 36. Et compellendus est reus [1])

1) *Cod. om.*
2) *Cod. add.* omnium judicum.
3) *Cod. om.*
4) *Cod.* Papirium.
5) *Tit.* 17. *vix quicquam habet, quod respondeat Pill. part.* 2. §. 5.

1) *Addidi ex Pill. part.* 1. §. 10.

respondere, utrum pos|sideat, et pro qua parte, vel dolo desierit | possidere, ut ff. de interrogatoriis actionibus l. 11, 1. qui servum. 20. §. ult. Veruntamen non compel- li|tur dare titulum suae possessionis, vel u|trum res sit ipsius, ut 2. q. 5. §. 1., et | C. de petitione hereditatis. 3, 31. cogi. 11., et ff. de rei vin|dicatione. 6, 1. in speciali. 73. Hoc enim petitoris munus est, ut in | eadem lege dicitur. Item inspicere debet actor, an a|liquo interdicto possit possessionem [2]) rei | petitae nancisci, quoniam commodius possessorie agere, quam vindicare, ut ff. de [3]) rei vindicatione |. 6, 1. is qui. 24. Et si conventus in rem actione dixe|rit, se non possidere, absolvendus erit: hoc | enim modo actionem contra se evitabit, ut | ff. de rei vindicatione. 6, 1. in rem actionem [4]) l. 80. Sed actore probante, possidere adversarium, da|bitur ei possessio per judicem, ut habetur in | eadem l. in rem. 80.: lex est ult., et in Auth. de | triente et semisse. 3, 5. §. illud quoque in judiciis [5]) l. 10. (Nov. 18.). Si vero quis obtulit se fundi vindica|tioni vel alterius rei, quacunque actio|ne conventus [6]) et sine causa, cum non possideat |, damnabitur, ut ff. de rei vindicatione |. 6, 1. is, qui. 25., et ff. de petitione hereditatis. 5, 3. qui [7]) se liti. 45. Damnabitur, dico, vel ad [8]) interesse | actoris, ut in illa l. qui se liti. 45. dicitur |, vel forte, quanti actor in litem juraverit. Sed distinguitur, utrum ignoret actor, re|um non possidere, nec dolo fecisse, quo|minus possideret, quo in casu non erit | reus absolvendus. Sed hoc verum est, si patiatur secum litem contestari: si vero ante | litem contestatam poeniteat eum, et dicat |, se non possidere, non decipit actorem |, cum non possideat, nec videtur liti se obtullisse qui discessit. Cum autem actor
Fol. 84c scit |, reum non possidere, tunc non ab alio sed a | se

2) *Cod.* possessorem.
3) *Cod. om.*
4) *Cod.* actio. §. ult.
5) *Cod. pro* i. j. *habet* judicium. *Conjecturae notl.* 2—5 *confirmantur ex Pill. l. c.*
6) *Recepi ex Pill. l. c.*
7) *Cod. om.* et — qui, *quae recepi ex Pill. l. c.*
8) *Cod. om.: rec. ex Pill. l. c.*

decipitur, et ideo reus absolvitur, ut | ff. de rei vindicatione. 6, 1. is qui se. 25. et l. nam si. 26. Pillius [9]).

In quibus causis fiant interroga|tiones ante litem contestatam |. Tit. 19.

Diximus supra, quod actor, cum rem petere | vult, debet quaerere, utrum reus posside|at etc. Nunc videamus de quibusdam aliis inter|rogationibus, quae ante litem contestatam fiunt, ubi et | quando et quo modo fieri debeant. Hujusmodi namque interro|gationes in loco judiciali, id est ante judi|cem et ante litem contestatam, fiunt: nec est contra in | ff. de interrogatoriis actionibus. 11, 1. l. 1. §. interrogatoriis [1])*l.* 1., ubi dicitur, quod interrogationes fiunt post | judicium susceptum, ergo post litem contestatam |, quia illud de aliis. Interrogationes, de qui|bus jam specificabitur ante institutionem acti|onis fiunt, cum sint praeparatoriae institu|tionis, et sine eis actio institui neque|at, ut in principio ejusdem legis; sicu|ti est in actione ad exhibendum, quae est | praeparatoria rei vindicationis, et ideo ante | rei vindicationem intentatur, ut ff. ad | exhibendum. 10, 4. l. 2. Sunt autem interrogationes, quae | fiunt ante litem contestatam. Iste primus casus est |, an sit heres is, quem volumus convenire | petitione hereditatis. Secundus casus est, ex | quota parte sit heres. Tertius, an in | ejus potestate sit servus, cujus nomine nox|ali [2]) judicio agitur, ut ff. eodem. 11, 1. qui in|terrogatur. 5. Quartus est, an quadrupes, quae | pauperiem fecit, vel servus, qui dam|num dedit, sit ejus, quem volumus convenire |, ut ff. eodem. 11, 1. si quis in jure. 7. et lege sequenti [3]). Quintus est, an | ex testamento heres quis sit, an ab | intestato, et an suo nomine quaesita sit | ei hereditas, ut ff. eodem.

9) *Tit.* 18. *ex Pill. l. c.* §. 10. — *Fol.* 84*b l.* 31 — *fol.* 84*c l.* 4 *jam supra habuimus fol.* 82*a l.* 35 — *fol.* 82*b l.* 9.

1) *Cod.* interrogatio.

2) *Cod.* noxiali.

3) *Add. verba* e. l. s. *ex Pill. l. c.* §. 11.

11, 1. si sine [4]). 9 |. §. illud. 6. Sextus est, an ei sit restituta [5]) hereditas, ut eadem lege et in eodem | §. Septimus est, an peculium sit apud | eum, cum quo agitur ex obligatione | servi, ut eadem lege. 9. §. ult. Octavus est, an | aedes [6]), ex quibus damnum timetur, ejus sint |, et quota ex parte, ut ff. eodem [7]). 11, 1. non | Fol. 84d alienum. 10. Nonus de aetate, ut ff. eodem. 11, 1. de | aetate. 11. Decimus supra notatur in proxi|ma rubrica in principio. Undecimus casus est | generalis, ubicunque aequitas moverit judicem | etc., ut ff. eodem [8]). 11, 1. ubicunque. 21., et hic casus genera|lis locum et habet ante litem contestatam et post |. Effectus autem istarum interrogationum | est, ut, qui respondet, sic teneatur illa actione |, qua adversus eum agitur, ac si contraxisset |. Non, quod oriatur ex confessione actio |, sed quia actionem, quam actor volebat inten|tare, sic intentabit [9]) post confessionem, ac | si is, qui confessus est, vere contraxisset in eo, quod | respondit. Ut ecce dixit, se rem possidere, non | poterit postea dicere, „non possideo“, sicut non | posset contractu discedere, si contraxisset, nisi | forte ex justa causa, vel nisi sit confessus ex | sola culpa: puta, potuit considerare, se | non possidere, et fuit in culpa, quia non | consideravit, et respondit se possidere, cum non pos|sideret, poterit confessionem talem re|vocare [10]), ut ff. eodem. 11, 1. de aetate [11]). 11. §. qui interrogatus. 9. §. sed et si quis. 11., et usque ad sententiam, si in | facto erravit, C. de juris et facti ignorantia |. 1, 18. error facti. 7. Et nota, quod, si interrogatus in | casibus praemissis, puta possideat rem | vel non, et sic de ceteris, taceat, vel obscu|re respondeat, contumax reputatur | et sic convenietur perinde, ac si in so-

4) *Cod. pro* s. s. *habet* hereditas si secundum. *Mutavi sec. Pill. l. c.*

5) *Cod.* restituenda. *Secutus sum legem Dig. et Pill. l. c.*

6) *Cod.* res. *Secutus sum legem Dig. et Pill. l. c.*

7) *Cod.* eadem lege.

8) *Cod. om.*

9) *Cod.* intentabat. *Conj. conf. ex Pill. l. c.* §. 12.

10) *Cod.* respondere.

11) *Cod. om.* de aetate. *Add. sec. Pill. l. c.*

lidum pos|sidere se confessus esset, ut ff. eodem. 11, 1. de aetate [12]). 11. §. qui | interrogatus. 9. §. qui tacuit. 4. Item nota |, quod ille, qui facta responsione convenitur |, potest uti omnibus exceptionibus, quae actio|nibus institutis opponuntur, puta, si | factum fuisse pactum de non petendo di|cat, ut ff. eodem. 11, 1. si filius. 12. §. ult. Pillius [13]) |.

De litis contestatione |. *Tit. 20.*

Post hoc namque lis contestatur, quod fit per | narrationem actoris et responsionem | rei, ut extra de officio delegati. 1, 21. rèlatum |. 22. lib. I. (c. 19. X. 1, 29.), sive actor narret nudis verbis | intentionem suam sive [1]) serie libelli |, quia utroque modo potest facere, ut supra in | principio hujus operis notatum est. Debet autem | actor factum narrare in propria persona || non per advocatos, nisi sit valde simplex | actor, ut extra III de exceptionibus. 2, 16. pastoralis [2]) |. 3. (c. 14. X. de judiciis. 2, 1.). Fol. 85a

Quis sit effectus litis contestatae |. *Tit. 21.*

Et facta litis contestatione perpetuantur omnes actiones [1]) usque ad quadraginta annos, ut C. | de praescriptione triginta vel quadraginta annorum. 7, 39. l. saepe. 9., et fit tran|sitoria ad heredem, ut ibi [2]) dicitur, praeter | actionem de dolo, quae non perpetuatur, ut C. | de dolo. 2, 21. l. ult. Item in rescissoria [3]), secundum | quosdam, quod tamen non est verum, quia petitio | in integrum restitutionis non perpetuatur, ff. de mi|noribus. 4, 4. Papinianus exuli [4]). 20.

12) *Cod. om.* de aetate.
13) *Tit.* 19 *ex Pill. part.* 1. §. 11. 12.
1) *Cod.* sine.
2) *In tit.* 20 *verba* Post — rei *desumta ex Pill. part.* 2. §. 1. *init.*
1) *Propter seqq. scr.* omnis actio: *Pill. l. c.* omnis personalis actio.
2) *Cod.* ubi. *Confirm. conj. ex Pill. l. c.*
3) *Cod.* recisoria.
4) *Tit.* 21 *ex Pill. part.* 2. §. 1.

Quid si reus non respondeat |. *Tit. 22.*

Quid tamen fit, si [1]) actor narret factum, et reus | nolit respondere, qualiter consuletur actori? Respondeo |, jurabit actor de calumnia, et ex quo reus | non vult jurare, quia jurando satis con|testaretur litem, habebitur pro confesso et | condemnabitur, ut extra I [2]) de juramento | calumniae. 1, 34. imperatorum. 5. (c. 4. X. 2, 7.), C. e. 2, 59. auth. principales |. 2. post 2. [3]).

Quando exceptiones sunt opponendae |. *Tit. 23.*

Antequam litem contestetur actor, judex debet prae|figere terminum aliquem, infra quem omnes di|latoriae exceptiones opponantur, ut extra | de exceptionibus. 2, 16. pastoralis. 3. lib. III. (c. 4. X. 2, 25.). Post litem autem | contestatam dilatoriae exceptiones opponi non | poterunt, nec judex poterit recusari, ut extra | de sententia [1]) et re judicata. 2, 18. inter monasterium. 10. lib. | III. (c. 20. X. 2, 27.), nisi oriatur causa recusationis de novo, ut | extra de officio delegati. 1, 18. insinuante. 4. lib. III. (c. 25. X. 1, 29.). Quod | autem dictum est, exceptiones dilatorias op|ponendas et probandas esse ante litem contestatam |, verum est de exceptionibus dilatoriis, quae | sunt declinatoriae judicii, ut est excep|tio fori, ut C. de exceptionibus. 8, 36. l. ult. Si | vero sunt dilatoriae solutionis, utpote | a me petis [2]) deeem, et ego excipio | : dico, quod |, et si poneretur, quod deberem, non deberem | nisi in pascha, istae opponuntur ante | litem contestatam, et [3]) hoc dicet reus, quod opposi|turus est talem exceptionem. Si causam | non fuerit contestatus, opponere poterit ante | sententiam quamcunque, ut C. de exceptioni|bus. 8, 36. praescriptionem [4]). 8. Post senten-

1) *Cod. pro* fit si *habet* sit.
2) *Pro* extra I *cod.* s.
3) *Tit.* 22 *sequitur Pill. part.* 2. §. 1.
1) *Cod.* sententiis.
2) *Cod.* a te peto.
3) *Cod. om.*
4) *Cod.* peremtorias. *Conj. confirm. ex Pill. l. c.*

tiam autem op|poni non possunt, ut C. sententiam | rescindi [5]) non posse. 7, 50. peremtorias ||. 2.:

In quibus casibus op|ponatur exceptio | post sententiam |. Tit. 24.

Fol. 85b

Nisi in quibusdam casibus |, puta, si sit exceptio talis |, per quam [1]) contendatur retro judicium | nullum, ut est exceptio falsi procuratoris |, ut extra de procuratoribus. 1, 22. c. 1. lib. III. (c. 4. X. 1, 38.), et ex|ceptio fori, si errans adivi [2]) non me|um judicem, ut ff. de jurisdictione omnium judicum |. 2, 1. si per errorem. 15. Item si appelletur a sententia |, in causa appellationis poterunt opponi exceptiones peremtoriae, quae in prima causa e|rant omissae [3]), ut C. de temporibus et reparationibus |. 7, 63. per hanc. 4., dilatoriae non possent, ut C. de | procuratoribus. 2, 13. ita demum. 13. Item opponitur ex|ceptio Macedoniani post sententiam |, utputa, si filius familias pecuniam mutuam accepit, poterit oppo|nere [4]) exceptio|nem creditori, petenti illam: si tamen non op|ponat, et sic condemnetur, opponet post sententiam, ut ff. ad Macedonianum. 14, 6. l. | tamen si [5]). 11.; et idem est in exceptione | Vellejani [6]), puta, si mulier fidejubeat |, succurritur ei per exceptionem senatusconsulti | Vellejani, ut non teneatur ex illa fidejus|sione: si non opponat illam, et condem|netur, opponet post sententiam, ut ibidem dicitur |. Item si miles omittat, ut C. de ju|ris et facti ignorantia. 22, 6. Item si donatarius |, qui debet condemnari, in quantum fa|cere potest, in solidum fuerit condemnatus, post | sententiam opponet [7]) exceptionem, ut | ff. de re judicata. 42, 1. Nesennius. 41. Item ma|ritus de dote condemnatus in quantum | facere potest, si condemnatur in solidum |; poterit nihilominus

5) *Cod.* recindi.
1) *Cod.* quem.
2) *Cod.* audivi.
3) *Cod.* commissae.
4) *Cod.* exponere.
5) *Cod.* tam et si.
6) *Cod.* Velleani.
7) *Cod.* opponit.

post sententiam | excipere, ut ff. soluto matrimonio. 24, 3. ex | diverso. 17. §. ult. Item si fidejussor de actio|nibus cedendis exceptionem omittat, ut | ff. de fidejussoribus. 46, 1. si fidejussores. 41. Item | si res, super qua condemnatus sum, apud | actorem inveniatur, ut C. de re judicata |. 7, 52. l. 1. [8]).

Quis probare debeat exceptionem |. *Tit. 25.*

Probare autem debet reus exceptionem, quam | ipse opponit, quia reus in exceptionibus | partibus fungitur actoris, ut ff. de pro|bationibus. 22, 3. ei. 2., et de [1]) ex-
Vol. 85c ceptionibus. 44, 1. l. 1 [2])., excepta exceptio|ne non numeratae pecuniae, in qua non | subit probationem excipiens sed agens |, ut C. de non numera|ta pecunia. 4, 30. in contractibus. 14. Et opponens | exceptionem, non fatetur de intentione | adversarii sui, ut ff. de exceptioni|bus. 44, 1. non utique. 9. Et pluribus exceptionibus | potest quis uti, etiam contrariis, ut ff. de ex|ceptionibus. 44, 1. nemo. 8., extra de praescriptionibus. 2, 17. audi|tis. 5. lib. III [3]) (c. 15. X, 2, 26.).

A quo opponatur exceptio |. *Tit. 26.*

Opponitur autem exceptio a reo actori si|ve intentioni actoris, unde dicitur exceptio actionis elisio. Ab actore autem | opponitur exceptioni [1]) ad adjuvandum ac|tionem replicatio, et dicitur replicatio | exceptionis depulsio. Item replica|tioni [2]) actoris opponitur a reo triplicatio |, et iterum ab actore quadruplicatio, et | sic deinceps, ut Inst. de replicationibus l. 4, 14. Videtur, quod quandoque tollatur reo | facultas excipiendi. Si enim fateatur in|tentionem adversarii, erit [3]) exceptio | necessaria: si

8) *Titt.* 23 *et* 24 *sequuntur Pill. part.* 2. §. 2., *sed ordine mutato, alia addendo alia omittendo.*
1) *Cod. om.* ei. et de.
2) *Cod. om.* l. 1.
3) *Tit.* 25 *non respondet Pill. part.* 2. §. 3., *si excipis initialia verba.*
1) *Cod.* exceptio.
2) *Cod.* replicationis.
3) *Cod. praem.* non.

vero neget, et convincatur falso negasse, aufertur ei facultas opponen|di exceptionem, ut C. de non numerata pecunia |. 4. 30. auth. contra qui propriam. post 4., et in Inst. | de fideicommissariis hereditatibus [4]). 2, 23. §. ult. Sed certe speciale est | in omnibus illis casibus: alias, licet quis ne|get intentionem adversarii, poterit nihilominus exceptionem opponere, ut ff. de | probationibus. 22, 3. cum de indebito [5]) |. 25.

Per quas personas possit | fieri litis contestatio |. Tit. 27.

Litis con|testatio per prin|cipales personas potest fieri, extra de dolo | et contumacia. 2, 10. prout. 4. lib. I. (c. 4. X, 4, 14.), et etiam per procuratorem |, ut [1]) extra de juramento calumniae. 1, 26. c. uno |. lib. III, (c. 6. X. 2, 7.), et postea debebit juramentum | calumniae praestare dominus, quia procurator non | jurat de calumnia, ut C. de ju|ramento propter calumniam dando. 2, 59. l. 2. Exigitur tamen | cautio a procuratore actoris de rato |, ut extra de parochiis. 3, 22. lib. III. c. 1. (c. 34. X. de officio et potest. jud. del. 1, 29.). Et hoc | si de mandato dubitetur, alioquin | sine cautione admittitur, ut C. de procuratoribus. 2, 13. l. ult. Et est in arbitrio procuratoris || actoris, an caveat de rato, an probet | mandatum, quia cum teneatur ad duo sub|alternatione, ejus est electio, ut ff. de jure | dotium. 23, 3. plerumque. 10. §. ult. Quaedam | autem personae admittuntur sine man|dato, ut sunt conjunctae personae, et con|sanguinei, et affines, ut ff. de procura|toribus. 3, 3. sed hae personae. 35. Debent tamen et illae | personae cavere de rato, ut ff. de ne|gotiis gestis. 3, 5. sin autem. 8.: nisi contradiceret principa|lis persona: tunc enim si de rato vellent ca|vere, non audirentur, ff. de procuratoribus.

Fol. 85d

4) *Cod.* fideicomm. *om.* hered. *respondet Pill. part.* 2. §. 3. 4.
5) *Cod. add.* primo responso.
1) *Cod.* et.
Tit. 26 *in paucis tantummodo*

3, 3. Pomponius |. 40. §. ult. In duobus autem casibus auditur, prin|cipali persona contradicente, utputa, si con|sanguineus vel affinis alicujus permittat | se succumbere in causa liberali, poterit eum | consanguineus defendere etiam invitum, ut | ff. de liberali causa. 40, 12. l. 1. et 2. Item si pronun|cietur in causa criminali contra aliquem et no|lit ipse appellare, poterit consanguineus | suus vel alius pro eo appellare ipso invito |, ut ff. de appellationibus. 49, 1. non tantum. 6. Item tenetur | procurator actoris praeter ista subire cau|tionem de defendendo actore, si fuerit | reconventus a reo, ut ff. de procuratoribus |. 3, 3. servum quoque. 33. §. ait praetor. 3. Procurator autem | rei cavet judicatum solvi, ut C. de | satisdando. 2, 57. l. una. De rato autem non tenetur | cavere, nisi in casibus, scilicet in causa status, in pe|titione in integrum restitutionis: item in causa | suspecti et in interdicto de liberis exhiben|dis et deducendis, et in actionibus in | rem, ut ff. de procuratoribus. 3, 3. non solum |. 39. §. si status. 5. et in sequentibus. §. et l. se|quenti [2]).

De recusatione judicis |. *Tit. 28.*

Dictum supra, judicem posse recusa|ri ante litem contestatam, vel etiam post litem | contestatam, si causa pro qua recusatur, oriatur | post litem contestatam. Circa hoc ita est tenendum |, quod, ubi recusatur judex ordinarius, quod | potest fieri secundum canones, licet le|gistae dicant contra, ut extra de judiciis. 2, 1. nos in eminenti. 3. lib. I (*non ponitur.*), statim eligendi sunt [1]) | arbitri, apud quos quaestio di|rimatur, 11. q. 1. pervenit. Fol. 86a 39., extra de fo|ro competenti. 2, 2. si quis clericus [2]). 1. lib. I [3]). (c. 1. X. 2, 2.). Quando autem | recusatur delegatus, eliguntur arbitri ad causam suspicionis cognoscendam, et proba|ta causa suspicionis delegatus non intro-

2) *In tit.* 27 *vix est quod respondeat Pill. part.* 2. §. 6.
1) *Bis legitur in cod.*
2) *Cod.* cum clerico.
3) *Cod. om.* lib. I.

mit|tet se amplius, ut extra [4]) de appellationibus. 2, 19. secundo | requiris. 16. lib. II. (c. 41. X. 2, 28.). Si autem causa suspicionis | non fuerit probata, utetur delegatus sua auc|toritate, ut ibidem dicitur. Quando autem delegatus | a papa delegat alii causam, et subdelega|tus ille recusatur, causa recusationis debet | probari in praesentia delegati a papa, ut | extra de officio delegati. 1, 18. super quaestionum articu|lis. 6. in fine. lib. III. (c. 27. X. 1, 29.).

An causa recusationis debe|at assignari]. *Tit. 29.*

Quaeritur, an causa recusa|tionis assignari debeat, et probari. Ad | hoc dicendum est, quod, ubi judex ordinarius re|cusatur, non est necessaria causae assignatio et pro|batio. Illa causa assignata est probata, ut dicit | c. 3. q. 5. quia suspecti. 15., quia sufficit ad re|cusationem judicis, quia tantum dixit reus, eos | esse inimicos, et idem dicit, quod lex, quod possit | quis judicem recusare, si putet eum esse sus|pectum, C. de judiciis. 3, 1. apertissimi. 16., et alias |, si dubitet, dicit, quod de jure poterit recu|sare, ut in c. t. auth. si contigerit |. post 16. Si ergo licitum est mihi propter dubitationem recu|sare, non ergo exigitur causa vera, quae possit | probari. Item probatur per rationem: ab ordi|nario potest appellari sine causae assig|natione et probatione, quia scilicet frustratoriam | appellationem tenetur ordinarius sus|cipere, ut extra [1]) de appellationibus. 2, 20. cum sit Romana. 5. lib. I. (c. 5. X. 2, 28.). Sed appellatio et recusatio eodem [2]) jure cen|sentur, et ubicunque removetur appellatio et | recusatio intelligitur remota, et ubi ad|mittitur appellatio et recusatio admittitur, ut extra [3]) de appellationibus. 2, 20. super eo. 13. (c. 12. X. 2, 28.), et c. consu|luit. 18. (*non ponitur.*), et de electione. 1, 4. quod diligentia. 14. lib.

4) *Cod. om.*
1) *Cod. om.*
2) *Cod.* p *i. e.* per *sine sensu.*
3) *Cod. om.*

I [4]). (c. 5. X. 1, 6.). Ergo cum ab | ordinario sine causae assignatione et proba|tione appellari possit, ut de appellationibus [5]). 2, 19. secundo |. 16. §. ult. lib. II [6]). (c. 41. X. 2, 28.), poterit etiam recusari sine causae | assignatione et probatione. Et item est in | delegato, si non sit ei causa delegata ap|pellatione remota. Quando autem appellatione | remota causa committitur, sicut non admitteretur || appellatio, nisi justa causa appellandi proponeretur |, ut extra [7]) de appellationibus. 2, 19. ex parte. 5. lib. III. (c. 47. X. 2, 28.), ita etiam nec | recusatio, nisi assignata causa et probata |, ut de appellationibus. 2, 20. postremo. 45. lib. I. (c. 36. X. 2, 28.). Debet enim tunc | in scriptis causa recusationis allegari in | praesentia ejus, qui recusatur, et probabitur | in praesentia arbitrorum, ut de appellationibus |. 2, 19. secundo requiris. 16. §. 1. lib. II. (c. 41. X. 2, 28.). Quando autem judex | recusatur ex causa praecedente, in judicio ante li|tem contestatam debet fieri recusatio talis infra viginti dies | post porrectionem libelli, ut 3. q. 3 [8]) |. §. offeratur. 4. §. 5. Si vero per causam postea emer|gentem post litem contestatam [9]) recusetur judex, quod | fieri potest, extra de officio delegati. 1, 18. insinuante |. 4. lib. III. (c. 25. X. 1, 29.), vel si ante litem contestatam ignorabatur causa sus|pectionis, arg. extra [10]) de testibus. 2, 12. praesentium |. 4. lib. III. (c. 31. X. 2, 20.), statim recusato judice infra tres | dies debent eligere arbitros, ut C. de judiciis |. 3, 1. cum specialis. 18. Et si in electione arbitrorum | partes dissentiant, ordinarius loci illius | interponet se, et vice fungitur arbitri, ut | ibidem dicitur. Et si delegatus praesens non sit, qui | recusatur, poterit ordinario libellus recu|sationis porrigi, ut in lege praedicta. Quod | autem dixi, ordinarium posse recusari | sine causae assignatione et probatione, recipit | objectionem ex

Fol. 86b

4) *Cod. om.*
5) *Cod.* appellatione.
6) *Cod. om.*
7) *Cod. om.*
8) *Cod.* IIII.
9) *Cod. add.* si.
10) *Cod.* I.

illa decretali de foro com|petenti. 2, 2. licet. 1. lib. III. (c. 10. X. 2, 2.), ubi ordinarius recu|satur cum causae assignatione: sed ibi propter insolen|tiam subditorum restricta fuit potestas | recusandi, sicut contingit in appellatione |, ut de appellationibus |. 2, 19. cum ecclesia. lib. III. [11]).

Propter quas | causas judex recusetur |. Tit. 30.

Recusatur autem judex, si aliqua partium | sit ei familiaris, ut extra de officio delegati. 1, 18. insinuan|te. 4. lib. III. (c. 25. X. 1, 29.); vel sit commensalis, extra ut lite non contestata |. 2, 3. accedens. 2. lib. III. (c. 2. X. 2, 6.); si sit consanguineus alterutrius |, vel officio advocati sit functus in illa | causa, extra de appellationibus. 2, 20. postremo. 45. lib. I. (c. 36. X. 2, 28.): item si sit | affinis, ut ff. de injuriis. 47, 10. lex Cornelia. 5.: et | etiam procurator post litem contestatam propter hanc causam re|moveatur, si videlicet incipiat adversarii | affinis esse, ut ff. de procuratoribus [1]). 3, 3. aut affinitate [2]). 22., aut inimicus alterutri parti esse incipi|at, 3. q. 5. quia suspecti. 15. Et generaliter, ubicunque || constiterit, judicem moveri vel [3]) timore vel | amore carnali vel avaritia, locum habet | recusatio, quia timor et amor carnalis et | avaritia sensus hebetant humanos | et pervertunt opiniones, 3. q. 5 [4]). accu|satores. 12. Haec autem nota, quod judices | a partibus electi recusari non possunt |, extra [5]) de officio delegati. 1, 18. super quaestionum. 6. lib. III. (c. 27. X. 1, 29.), 3. q. | 3. §. offeratur. 4. §. 5., propter causam, quae electionem prae|cessit, et sciebatur praecessisse; propter causam autem | postea emergentem recusaretur, extra [6]) de officio | delegati. 1, 18. insinuante. 4. lib. III [7]). (c. 25. X. 1, 29.).

Fol. 86c

11) *Hunc locum invenire non potui.*
1) *Cod.* procuracionibus.
2) *Cod.* affinis.
3) *Cod.* in.
4) *Cod.* VI.
5) *Cod. om.*
6) *Cod. om.*
7) *Titt.* 28—30 *non respondent Pill. part.* 2. §. 7—10.

De interroga|tionibus post litem contestatam faciendis |. *Tit. 31.*

Audivimus supra de interrogationibus, quae fiunt | ante litis contestationem. Et quidem possunt fieri | in omnibus articulis interrogationes, in qui|bus aequitas moverit judicem ad interroga|tionem faciendam, ut ff. de interrogatoriis | actionibus. 11, 1. ubicunque. 21.: verbi gratia: Ago contra te per|sonali actione, peto a te decem: tu dicis |, te non debere: possum ego petere a judi|ce, ut interroget te, an credas, te unquam | debuisse, quia potest esse, quod debuisse te sci|as, sed credas, te jam non teneri, vel propter vim | compensationis, quia ego ex illa causa tantundem | tibi debeo, vel quia credis, te solvisse, et si ei [1]) | metu sacramenti calumniae confessus | fueris, te debuisse, teneberis probare so|lutionem, ut C. de solutionibus. 46, 3. l. ult. Ex his potest percipi etiam in aliis actionibus.

A qui|bus faciendae sint interrogationes in jure |. *Tit. 32.*

Tenetur enim judex interrogationem facere | a reo in omnibus articulis, in quibus actori | incumbit onus probandi, quia si confessus fu|erit reus, non habebit necesse actor proba|re; si vero negabit, procurabit probati|ones. Et idem est econtra in reo. Potest autem fieri inter|rogatio a judice: potest etiam fieri a partibus |, ita, quod reus interrogabit actorem et | actor reum, ut extra de dolo et contumacia |. 2, 10. prout. 4. (c. 4. X. 2, 14.), ff. de interrogatoriis actionibus [1]). 11, 1. si sine |. 9. §. 1. Potest etiam advocatus rei actorem | interrogare, et advocatus actoris reum |, ut ff. ad legem Juliam de adulteriis. 48, 5. si postula|verit. 27. §. quaestioni [2]). 7. Immo

1) *Cod.* fieri. tione.
1) *Cod.* interrogacione ac- 2) *Cod.* quoniam.

videtur, quod etiam ad||vocatus rei actorem interrogare, 45 Fol. 86d
et advo|catus actoris reum [3]), et quicquid responderit, ir-
re|vocabiliter tenebitur, ac si principalis perso|na respon-
disset, nisi principalis persona revocet ejus | confessionem
ante sententiam, ut extra | de censibus. 3, 37. olim. 5.
lib. III. (c. 20. X. 3, 39.).

Qualiter | debeat interrogatus respondere |. Tit. 33.

Si autem pars aliqua interrogata non respon|deat,
contumax reputabitur, et perinde conve|nietur, ac si ne-
gasset illud, quod interrogabatur |, ut ff. de interrogato-
riis actionibus. 11, 1. de actate. 11. §. qui | tacuit [1]). 4.
Interrogatus autem debet affirmare vel ne|gare, quod sci-
licet credat, sic esse vel non esse. Si autem | dicit,
„dubito", vel „nescio", dicunt quidam suf|ficere, arg. C.
de exceptionibus. 8, 36. l. si quidem. 9., ff. de | petitione
hereditatis. 5, 3. si debitor. 42. Videtur tamen, quod
praecise | compellendus sit dicere, vel, quod credat verum
esse id, quod | interrogat actor, vel, quod [2]) non esse verum
credat: quod | non intelligitur ille respondere, qui inter-
ro|gantem in dubio relinquit [3]), ut ff. de | interrogatoriis
actionibus. 11, 1. de actate. 11. §. si interroga|tus. 6.
Item cum juret in sacramento calum|niae, quod superfluas
probationes non pe|tet, tenetur dicere reo, quid [4]) credat
vel non | credat, ut sciat reus, an sint probatio|nes ne-
cessariae vel non.

Quae exiguntur ad | hoc, ut confes|sio praejudicet |. Tit. 34.

Exiguntur autem ad hoc, ut con|fessio praejudicet,
ista concurrere |:

Major, sponte, sciens, contra se, ubi jus | sit, et
hostis,

3) *Verba* „Immo — reum" *abundare videntur, nisi scribas* advocat*um* r. actor . . advocat*um* a. re*us*.

1) *Cod.* tacet.
2) *Cod. om.*
3) *Cod.* relinquid.
4) *Cod. om.*

Nec natura, rei favor, aut | lis, jus ne repugnet.

Major viginti quinque annis debet esse is, qui confitetur, alioquin | si minor esset, restitueretur contra suam | confessionem, ut ff. de confessis. 42. certum |. 6. §. ult. [1]). Sponte: si enim non esset spontane|a, non noceret. 31. q. 2. Lotharius. 4. Sci|ens: si enim ignorans confiteatur, et igno|ret factum, revocare posset usque ad | sententiam errorem suum, ut C. de ju|ris et facti ignorantia [2]). 1, 18. error. 7.: secus est in errore ju[ris, ut ff. de confessis. 42, 2. non fatetur |. 2. Contra se: pro se enim confitenti non creditur |, ut ff. de interrogatoriis actionibus. 11, 1. de aetate. 11. §. 1. Ubi jus | sit: confessio enim facta in jure praejudicat |, extra jus non, ut extra de judiciis. 2, 1. at si clerici. 6. lib. I. ||. (c. 4. X. Fol. 87a 2, 1.). Fallit hoc in memoria factae solutionis, vel | creditі, 3. q. | 9. de his. post 15.: item ubicunque | confessio vim pacti habet, ut C. de non | numerata pecunia. 4, 30. generaliter. 13. Et hostis: est [3]) hoc, si fi|at praesente adversario, ut ff. de confes|sis. 42, 2. certum. 6. §. 1 [4]). Sed certe ibi hoc non dicitur, quod | non valeat confessio: immo dicendum est, valere | confessionem in eremodicio [5]), et posse pronunciari | pro [6]) absente propter confessionem praesentis, C. | de judiciis. 3, 1. properandum. 13. Nec natura repugnet: si enim | confiteretur aliquis, filium suum esse, qui est | major eo, vel occidisse illum, qui vivit, non | creditur tali confessioni, cum sit contra naturam |, ut ff. de interrogatoriis actionibus. 11, 1. confessionibus. 13. Rei | favor: utputa, si aliquis confiteatur |, se esse servum, cum sit liber, favor liber|tatis facit, quod ei non noceat confessio |, ut C. de liberali causa. 7, 16. interrogatam. 24. Sed certe nocet ei, si pronuncietur, ante sententiam | autem posset probare contra, C. eodem. 7, 16. jubemus. 41. Aut | lis:

1) *Scr.* penult.
2) *Cod. pro* f. i. *habet* fung.
3) *Cod.* et.
4) *Est potius* §. 3.
5) *Cod.* hmodicio.
6) *Cod.* ab.

hoc est, quod sit lis cum aliquo vel esse possit super | hoc, ut ff. de interrogatoriis actionibus. 11, 1. confessio|nibus. 13. Jus ne repugnet: jus enim repugnat|, puta, si Judaeus confiteatur, Christianum man|cipium habere, ut C. ne Judaeus Christianum | mancipium. 1, 10. Item addendum est, quod certum con|fiteatur: si enim dicam, te esse debitorem | meum, et tu confitearis te debere, nec | dicas, quid debeas, non teneberis, ff. de con|fessis. 42, 1. certum. 6. Videtur autem, quod confessio | in uno judicio [8]) noceat in alio, arg. | optimo extra de confessis. 2, 10. c. unico. lib. | III. (c. 2. X. 2, 18.). Non tamen videtur hoc verum esse, cum nec senten|tia noceat in alio judicio inter alias per|sonas, ut ff. de exceptionibus rei judicatae |. 44, 2. Julianus. 3., extra de sententia et re ju|dicata. 2, 18. cum super controversia. 7. lib. III [9]). (c. 17. X. 2, 27.).

De com|missione | causa|rum |. *Tit. 35.*

Dictum est superius de his, quae | fiunt ante litem contestatam: sed, quia antequam | liś instituatur, judex delegat causam |, ideo videndum est de delegationibus [1]), quis possit | delegare, item quibus possit fieri delc|gatio, et quae causae delegentur.

Quis | judex causas delegare possit ¦ et qualiter ||. *Tit. 36.*

Delegare potest quilibet ordinarius universita|tem causarum loci illius, cujus est ordinarius |, et ille, cui universitas causarum committitur |, potest scilicet specialem causam ex illa universitate | alii committere, ut ff. de judiciis. 5, 1. cum praetor |. 12. §. 1. Si vero judex ordinarius causam specialem | committat, unam vel plures specificatas, de|legatus ab eo judicem dare non poterit, Fol. 87b

8) *Cod. add.* non.
9) *Titt.* 31 — 34 *non respondent Pill. part.* 2. §. 11.
1) *Cod.* legacionibus.

ut | C. de judiciis. 3, 1. a judice. 5., extra de officio de|legati. 1, 18. super quaestionum |. 6. lib. III. (c. 27. X. 1, 29.). Hoc, quando judex | ordinarius totam causam delegat; 'sic|ubi sic deleget, ut sibi aliquid reservet, tunc | in principio semel, et in medio, et in fi|ne, per se debet audire, ut C. de judiciis |. 3, 1. auth. ad haec. post 5. Quando autem delegatus a prin|cipe vult causam committere, potest totam causam | committere uni vel pluribus, et si ab illo fue|rit appellandum, appellabitur ad papam. Licet | enim causa sit commissa appellatione remota de|legato, ipse tamen eam alii appellatione remo|ta non potest delegare. Potest principium vel me|dium vel finem committere, et quando principium | vel finem committit, potest appellari, quando me|dia, utpote examinationem testium et | similia, contra non appellatur, nisi modus excedatur | ab illis, vel nisi sint suspecti, et si appelletur | ideo, quia sint suspecti, vel modum excedant |. Delegati primi poterunt nihilominus | causam determinare, ut extra de officio delegati |. 1, 18. super quaestionum. 6. lib. III. (c. 27. X. 1, 29.). Quando autem de|legati judices totam causam committunt |, ad papam appellatur, ut dictum est. Quando autem | aliquid sibi reservant, tunc ad ipsos appella|bitur, ut ibidem dicitur. Et si duo sint a | principe delegati, apposita ista clau|sula, „quod si ambo“, alter poterit vices su|as committere, et appellari poterit ab illo |, licet causa fuerit a papa appellatione remota | commissa. Item non poterit ille vices suas | alii delegare, et appellabitur ab ipso ad | papam, ut ibidem dicitur.

In quo differunt | delegati a | principe ab aliis. Tit. 37.

Et nota, quod delegati [1]) a principe | differunt a delegatis aliis in hoc, quod ipsi possunt exequi sententiam

1) *Cod.* legati.

suam, ut de officio delegati. 1, 18. quaerenti |. 5. lib. III (c. 26. X. 1, 19.), delegati ab aliis non possunt, ut ff. | de re judicata [2]). 42, 1. a Divo Pio. 15. Item delegati | a principe dant judices, delegati ab aliis non, ut C. de judiciis. 3, 1. a judice. 5., extra de | officio delegati. 1, 18. super quaestionum. 6. lib. III (c. 27. X. 1, 29.). Item quia | ad ipsos appellatur, quando aliquid sibi reservant | de jurisdictione, ut in illa „super quaestio|num". 1, 18. 6. Quando autem alii judices delegant | universitatem causarum, appellatur ad superiorem, non ad ipsos, ff. quis et a quo. 49, 3. l. 1 |. §. 1. Item delegati ab aliis non possunt | mittere in possessionem, quia imperii est in possessionem mittere potius, quam juris|dictionis, ut ff. de jurisdictione omnium | judicum. 2, 1. jubere caveri [3]). 4., et ea, quae sunt im|perii delegata jurisdictione non transe|unt, ut ff. de officio ejus, cui mandata est | jurisdictio. 1, 21. l. 1. in fine. Delegati a principe mittunt in possessionem, extra de eo, qui mittitur in possessionem. 2, 11. c. 1 et 2. lib. I (c. 1. X. 2, 15: *c. 2 non ponitur.*). Item delega|ti ab aliis non citant cum sollemnitate | edicti, ut in Auth. de exhibendis et introducendis reis |. 5, 8. §. si non administrat. in 4. (Nov. 53.), delegatus a papa ci|tat, extra qui filii sint legitimi. 4, 18. causam. 4. lib. I | (c. 3. X. de dolo et contumacia. 2, 14.).

45 Fol. 87c

Quibus possit fieri delegatio |. *Tit. 38.*

Delegare autem potest delegatus a papa cuilibet |, et causam totam et partes causae, ut supra | dictum est, et citationem solam, et compellere | nolentem illam recipere, extra de officio delegati. 1, 18. pa|storalis. 7. §. 1. et 2. lib. III [1]) (c. 28. X. 1, 29.). Alii autem subditis | suis causam tantummodo possunt delegare | ita, quod compellant [2]) eum vel eos ad recipi|endum delegationem, extra

2) *Cod.* rei judicatae.
3) *Cod.* cavere.
1) *Cod. om.* lib. III.
2) *Cod.* compellat.

de officio ordinarii. 1, 20. pasto|ralis. 5. lib. III [3]) (c. 11. X. 1, 31.).

Quae causae possint delegari|. *Tit. 39.*

Delegari possunt omnes causae praeter cri|minales causas, quae non delegantur, nisi | quando judices proficiscuntur, ut ff. [1]) de officio | ejus cui mandata jurisdictio. 1, 21. l. 1. Quando autem proficiscitur | judex, debet delegare citationem, sed non per | nunciationem, in Auth. de collatoribus. 9, 11. §|. ad haec. 20. (Nov. 128.). Item causa liberalis non delegatur, ut C. de pedaneis judicibus. 3, 3. placet. 2. Item causa appellatio|nis non delegatur, ut C. de judiciis. 3, 1. auth. ad haec. post 5. Item ea, quae causae cognitionem | desiderant, delegari non pos-
Fol. 87*d* sunt, 2. q. 3. || III. [2]) extandum, verbis, ab olicio [3]). Et illa dicuntur | causae cognitionem exigere, quae expediuntur per judicis officium cum causae cognitione | absque contradictione aliqua [4]), ut est adop|tio, emancipatio, alienatio praedii mi|noris, ut C. de praediis minorum [5]). 5, 71. l. ult. item transactio alimentorum | , ut ff. de transactionibus. 2, 15. cum hi. 8. §. si prae|tor. 17. Itaque jam delegantur illa, quae sunt juris|dictionis contentiosae.

Quid sit juris|dictio contentiosa, quid voluntaria|. *Tit. 40.*

Est autem jurisdictio contentiosa, quae in | causarum contentione exercetur a judice; vo|luntaria autem jurisdictio est potestas | , quam exercet judex cum [1]) aliqua causae [2]) cogni|tione absque [3]) contradictione alicujus, ut est | adoptio, emancipatio, manumissio vin|dicta, in ecclesiasticis institutio clericorum, conse|cratio ecclesiarum.

3) *Cod. cm.* lib. III.
1) *Cod.* off.
2) *Hoc a rec. manu in textum loco vacuo non raso intrusum.*
3) *Verba* 2 — olicio *corrupta sunt.*
4) *Cod.* aliquo.
5) *Cod. om.* ut — minorum. *Add. ex Pill. part.* 2. §. 16.
1) *Cod.* absque.
2) *Cod.* causa.
3) *Cod.* con.

Hae duae species juris|dictionis distinguuntur, ff. de officio proconsulis |. 1, 16. l. 2.

In quibus causis delegantur ea, quae | sunt jurisdictionis contentiosae vel volun|tariae, et quibus delegantur |. Tit. 41.

Ea, quae sunt jurisdictionis contentiosae, de|legantur, ut supra notatum est, cum tali | moderamine, quodsi competat alicui juris|dictionis exercitium ratione ordinis. Ut|puta, episcopus cum duodecim episcopis audit causam alterius episcopi, causam sacerdotis cum sex, diaco|ni cum tribus, ut 15. causa. q. 7. felix |. 4. Has causas si imminente profectione de|legaret, non posset delegare, nisi episcopis. Item | ea, quae sunt voluntariae [1]) jurisdictionis, ut | est institutio clericorum, extra de institutionibus [2]). 3, 7. ex | frequentibus [3]). 1. lib. I (c. 3. X. 3, 7.), et consecratio loci vel ecclesiae |, de consecratione 1. missarum. 12. Sed ea, quae de vo|luntaria jurisdictione competunt alicui | ratione simplicis jurisdictionis, ut insti|tutio clericorum, cuilibet possunt [4]) delegari, ut | in illa „ex frequentibus“ [5]). 3, 7. 1.: quae autem contin|gunt ratione ordinis, ut este onsecratio ecclesiarum |, item consecratio episcoporum, non possunt delega|ri talia, nisi illi, qui est ejusdem ordinis, extra de officio ordinarii [6]). 1, 20. quod sedem. 4. lib. III (c. 10. X. 1, 31.).

Quibus modis prorogetur | jurisdictio ||. Tit. 42.

Prorogatur jurisdictio delegati de tempore | ad tempus. Puta, delegata fuit causa | decidenda infra quadraginta dies: poterunt partes prorolgare terminum illum cum consensu judicis, ut extra | de officio delegati. 1, 21. de Fol 88a

1) *Cod.* voluntaria.
2) *Cod.* institutione.
3) *Cod.* frequenti.
4) *Cod.* potest.
5) *Cod.* frequenti.
6) *Cod.* ordinis.

causis. 5. lib. I [1]) (c. 4. X. 1, 29.), ff. de judiciis. 5, 1. l. 2. §. si | judex. 2. Item de re ad rem, ut si datus | fuit super decem, et velint partes, ut cognos|cat super viginti, ff. de judiciis. 5, 1. de qua re. 74. §. 1|., extra [2]) de officio delegati. 1, 18. c. ult. lib. III (c. 32. X. 1, 29.). Item de perso|na ad personam, puta, si scribatur abbati | sancti Proculi [3]), nomine proprio non expresso, exten|ditur ad ejus successorem, extra de officio delegati |. 1, 21. gratum. 23. lib. I (c. 20. X. 1, 29.). [Item finitur morte delegati, si | ei facta fuit delegatio non expresso nomine | personae, extra de officio delegati. 1, 21. quoniam abbas. 19. lib. I [4]) | (c. 14. X. 1, 29).]

Quibus modis finitur jurisdictio judicis delegati|. Tit. 43.

Finitur jurisdictio judicis delegati revo|catione, extra de officio delegati. 1, 18. pastoralis. 7. §. praeterea. lib. III (c. 14. X. de rescriptis. 1, 3.), ff. de judiciis. 5, 1. judicium solvitur. 58. Item | appellatione, extra de appellationibus. 2, 19. directae. 13. lib. II (c. 39. X. 2, 28.). Item | recusatione, de officio delegati. 1, 18. licet. 9. lib. III (c. 30. X. 1, 29). Item | morte mandatoris, re integra interve|niente, ut extra [1]) de officio delegati. 1, 21. gratum. 23. lib. I | (c. 20. X. 1, 29.). Item finitur morte delegati, si ei facta | fuit delegatio [2]) expresso nomine personae | , ut extra de officio delegati. 1, 21. quoniam abbas. 19. lib. I [3]) (c. 14. X. 1, 29.).

De | quaestione incidenti, quando praejudicat principa|li quaestioni et quando non. Tit. 44.

Contingit quandoque immo | saepius, antequam de

1) *Cod. om.* lib. I.
2) *Cod. om.*
3) *Cod.* Proculii.
4) Item — lib. I *delenda sunt, utpote desumta ex fine cap. seq., ideoque uncis inclusi.*
1) *Cod. om.*
2) *Cod. add.* ñ.
3) *Titt.* 35 — 43 *non respondent Pill. part.* 2. §. 12 — 21.

calumnia juretur, quod | principali quaestioni incidens occurrat, quae | aliquando praejudicat et elidit principalem |, aliquando non. Itaque nunc videamus, quae sit | principalis quaestio, quae incidens, et quando praej|judicet [1]), et quando non. Item utrum primo sit | cognoscendum et pronunciandum de principalli, an primum de incidenti, vel simul de | utraque. Principalis quaestio est ista: „peto a te | hereditatem". Incidens quaestio est ista: „non po|tes petere, quia servus meus es". Item |: „peto a te decem vel fundum ex testamen|to"; ista est principalis. Et tu objicis et di|cis: „non potes petere, quia testamen|tum [2]) est falsum"; et ista est incidens. Item: „propo|no [3]) contra te judicium familiae her|ciscundae" [4]). Et tu objicis et dicis: „non es frater meus [5])||, filius patris mei, vel cohaeres meus"; ut C. de | ordine cognitionum [6]). 7, 19. l. 1. 2. et 3., extra qui filii sint le|gitimi. 4, 18. lator. 5. lib. I. (c. 5. X. 4, 17.). Et proprie vocarentur inci|dentes quaestiones omnes quaestiones praejudiciales, ut | est quaestio liberalis et filiationis, ut, si petas | decem, et ego dicam, te servum meum, ista prae|judicabit tuae quaestioni, ut Inst. de actionibus l. 4, 6. §. praejudiciales. 13. Vel si criminalis proponatur | instituta civili quaestione: prius enim tractabitur | quaestio criminalis, quam civilis, ut 3. q. 11. §. ali|quando. post 4. Illae autem quaestiones, quae non perimunt [7]) | principalem quaestionem, sed contra eam moventur |, vocantur emergentes, ut si quaeratur, an | recipi debeant testes, an danda sit dilatio, de hoc cognoscendum, antequam cognos|catur de principali, et pronunciandum, extra de | appellationibus. 2, 20. super eo. 10. lib. I [8]) (c. 10. X. 2, 28.), ff. de liberali causa. 40, 12.

Fol. 88b

1) *Cod.* praejudicat. *Mutavi sec. Pill. part.* 2. §. 22.
2) *Cod.* testimonium.
3) *Cod.* praepenat. *Mutavi sec. Pill. p.* 2. §. 23.
4) *Cod.* hercis.
5) *Ap. Pill. p.* 2. §. 23 *addunlur:* Vel: peto a te partem hereditatis. et tu objicis: non potes, quia tu non es meus frater, id est: *quae, utrum recipienda sint in textum necne, dubito.*
6) *Pill. p.* 2. §. 23. *habet* judiciorum, *unde fit tit.* 3, 8., *qui eodem modo quadrat.*
7) *Cod.* permittunt.
8) *Cod. om.* lib. I.

liberis |. 7. Ultimo de incidentibus, quae perimunt causam, cognoscendum est, priusquam cognoscatur de | principali, ut in illa decretali „intelleximus“ |. 2, 1. 9. lib. I. (c. 7. X. 2, 1.). Sed utrum in ea pronuncietur expresse du|bitatur. Quidam dicunt, pronunciandum esse sem|per, nisi ratio personae inducat aliud, puta, quia im|pubes est, contra quem proponitur incidens | quaestio, ut extra [9]) de ordine judiciorum. 2, 5. c. un.[10]) lib. I[11]) (c. 1. X. 2, 10.); vel ratio judicum |, puta quia pedaneus [12]), ut C. de judiciis. 3, 1. quo|ties [13]). 3. Alii dicunt, pronunciandum non esse expresse |, nisi quando civilis incidit criminali, vel crimi|nalis civili, ut C. de ordine judiciorum [14]). 3, 8. cum [15]) civili |. 3. Et habent locum praemissa, nisi plures quaestiones | proponantur [16]) ex diversis partibus. Si vero ab una | et eadem parte proponantur, possunt insi|mul tractari, ut extra de electione. 1, 6. querelam. 9. lib. | III (c. 24. X. 1, 6.), et de capellis monachorum. 3, 29. dilectus [17]). 1. (c. 2. X. 3, 37.), vel una prius | et alia postea, secundum libitum proponentis |, nisi una sui natura praecedat alteram |, ut quaestio possessionis quaestionem proprietatis, ut | C. de rei vindicatione. 3, 32. ordinarii. 13., vel nisi una | sit contraria alteri, ut C. de furtis. 6, 2. l. 1., vel [18]) nisi plures petitiones sint ejusdem rei | persecutoriae, tunc enim una quaestione sublata | per sententiam, etiam aliae sublatae intelligun|tur, ut ff. de condictione furtiva. 13, 1. si pro fure [19]). 7. |.

9) *Cod. om.*
10) *Cod. om.*
11) *Cod.* II.
12) *Cod.* pedaricus.
13) *Cod.* quotum. *Sec. Pill. p.* 2. §. 25. *i. f. leg.* de ordine judiciorum. 3, 8. l. 1 et 3.
14) *Cod.* cognicionum. *Mutavi sec. Pill. l. c.*
15) *Cod. om.*
16) *Cod.* proponentur.
17) *Cod.* dilecti.
18) *Cod.* al.
19) *In tit.* 18 *fol.* 88*a l.* 28 — *fol.* 88*b l.* 4. *desumta sunt ex Pill. part.* 2. §. 22 *et* 23. *Fol.* 88*b l.* 3 — *l.* 17. *pro parte continentur* §. 24. *Fol.* 88*b l.* 17 — *l.* 29. *respondent* §. 25. *part. extremae. Cetera usque ad finem apud Pill. non leguntur.*

De juramento calumniae. *Tit. 45.*

Expositis his, quae ante litem contestatam et post || in omnibus causis agendis atque tractandis | frequentissime occurrunt, utile est de | sacramento calumniae proponere. Videndum | est, quando debeat praestari, et a quibus, et in | quibus causis, et quae sit poena jurare nolentis [1]). 45 Fol. 88c

Quando juretur de calumnia. *Tit. 46.*

Est autem juramentum de calumnia praestandum post litem contestatam, extra eodem tit. 1, 26. c. unico |. lib. III (c. 6. X. 2, 7.). Et semel tantum est in tota causa prae|standum, nec iterum jurandum in incidentibus | quaestionibus, ut C. de jurejurando propter calumniam dando. 2, 59. 1 |. 2. auth. hoc jusjurandum [1]), nisi aliquae exceptiones ante litem contestatam proponerentur: in illis enim | jurandum esset [2]).

Quae personae debeant jurare. |. *Tit. 47.*

Jurare autem debent principales personae |, ut C. e. t. 2, 59. auth. principales (auth. 2. ad leg. 2. §. 1.), si sint | legitimae aetatis. Si autem sit minor, ju|rabit tutor vel curator. Item actor | in locum tutoris datus, item curator | bonis datus. Jurant de calumnia, cum | legitimam habent administrationem |, ut C. e. 2, 59. l. 2. §. 1. In causa collegi|i jurat oeconomus, vel syndicus vel actor|, extra e. t. 1, 34. imperatorum. 5. lib. I [1]) (c. 4. X. 2, 7.): nisi sit explorata | persona syndici, et tunc judex poterit exi|gere sacramentum calumniae a praelato |, ut e. t. 1, 34. in pertractandis. 4. lib. I (c. 3. X. 2, 7.). Clerici [2]) | autem, si eis quaestio moveatur super rebus | pa-

1) *Tit.* 45 *pro parte respondet Pill. part.* 3. *prooem.*
1) *Haec auth. hodie ad leg.* 1. *legitur, et pro* jusjurandum *scr. est* sacramentum.
2) *Tit.* 46 *in quibusdam sequitur Pill. part.* 3. §. 1.
1) *Cod. om.* lib. I.
2) *Cod.* clericis.

trimonialibus, jurant in propria persona |, vel si moveatur quaestio super propriis contrac|tibus, ut e. t. 1, 34. c. ult. lib. I (c. 3. X. de fidejussoribus. 3, 22.). Si vero super | rebus ecclesiae vel super contractibus initis | ecclesiae suae, tunc jurat per syndicum vel actorem, ut t. e. 1, 34. c. 1. lib. I (*non ponitur.*). Et jurabunt | syndici vel actores in anima sua, ut in t. | eodem. 1, 34. c. in pertractandis. 4. lib. I [3]) (c. 3. X. 2, 7.).

Quae con|tineantur in juramento | calumniae |. *Tit. 48.*

Debet autem actor [1]) | ista jurare, quae continentur | in his versibus:

Istud juretur, quod lis sibi | justa videtur,
Et si quaeretur, verum non | inficietur,
Nil promittetur, nec falsa probatio | detur,
Quod lis tardetur, dilatio nulla pe|tetur.

Quod scilicet credat, se justam causam | habere, et quod interrogatus nec quod verum | esse crediderit tacebit, nec perseverabit [2]) || quod crediderit falsum, et quod Fol. 88d non dedit judici | vel alicui, nec promisit, nec dabit nec promittet [3]) |, nisi illis personis, quibus lex permittit da|ri; superfluam probationem non exiget [4]), nec | petet [5]) dilationem, nisi necessariam. Ista colligun|tur C. e. t. 2, 59. l. [6]) 2., et in Auth. ut litigan|tes jurent. 9, 7. §. 1 [7]). (Nov. 124. c. 1.).

In quibus causis juratur | de calumnia |. *Tit. 49.*

Juratur de calum|nia in omnibus causis [1]), extra e.

3) *Tit.* 47 *excerpta habet ex Pill. p.* 3. §. 4.
1) *Cod.* auctor.
2) *Scr.* asseverabit, *vel addendum* in eo.
3) *Cod.* promittit.
4) *Cod.* eiget.
5) *Cod.* petit.
6) *Cod.* lib.
7) *Tit.* 48 *in quibusdam sequitur Pill. part.* 3. §. 1.
1) *Cod.* casibus. *Mutavi sec. Pill. p.* 3. §. 2. *in.*

t. 1, 34. c. 1 et 2 |. (c. 1. X. 2, 7.: *c. 1. non ponitur.*). Excipiuntur causae spirituales, t. e. 1, 34. litte|ras. 3. lib. I (c. 2. X. 2, 7.), in quibus a principio non praestatur | sacramentum calumniae. Sed si ex post | facto pars aliqua videatur calumniose in|sistere, subjiciatur sacramento calumniae |, extra de electione. 1, 6. cum dilectus. 17. lib. III (c. 32. X. 1, 6.). Item | secundum quosdam in [2]) criminalibus causis non | juratur de calumnia, quia dicit lex, quod in | omnibus litibus jurandum est, ut e. t. 2, 59. l. [3]) 2. |, et nomen litis causas pecuniarias com|plectitur, ut ff. de verborum significatione. 50, 16. litis. 36. Ve|rius est tamen, quod sit jurandum in criminali|bus, ut extra e. t. 1, 34. c. 1 et 2. lib. I [4]). (c. 1. X. 2, 7.: *c. 1. non ponitur.*).

Quae | poena nolentis jurare de calumnia |. Tit. 50.

Poena autem jurare | nolentis haec est [1]): si actor est, cadit | a causa: si autem reus, pro convicto habetur [2]) |, ut [3]) C. eodem. 2, 59. auth. principales in fi. (auth. 2. ad leg. 2. §. 1.). Sed idem |, numquid erit in arbitrio? Utique, cum arbitria | ad instar judiciorum procedant, ut ff. | de receptis [4]). 4, 8. l. 1. Pillius contra notavit [5]). Item | quid, si reus recuset sacramentum, et | postea re integra poeniteat, numquid | evadet poenam? Et videtur arg. | 2. q. 6. §. si quis. post 41. §. 2., ff. ad [6]) legem Corneliam de falsis. 48, 10. qui | falsam. 19. arg. contra vehementissimum ff. de | jurejurando. 12, 2. ait praetor. 3. §. ult. [7]). Item, si trien|nio finita fuerit causa, iterum erit | jurandum [8]).

2) *Cod. bis habet.*
3) *Cod.* lib.
4) *Tit.* 49 *in fine sequitur Pill. p.* 3. §. 2. *in.*
1) *Cod. add.* ut.
2) *Cod.* haberetur.
3) *Cod.* V.
4) *Cod.* arbitris.
5) *Part.* 3. §. 1. *not.* 344.
6) *Cod.* de.
7) *Tit.* 50 *excerpta habet ex Pill. p.* 3. §. 1.
8) *Verba* Item — jurandum *exposita ap. Pill. l. c.* §. 2. *s. f.*

Utrum a judice dan|dum sit tempus ad deliberandum |. Tit. 51.

Item quaeritur |, si pars aliqua petat sibi dari indu|cias ad deliberandum, juret vel non |, an dari debeant? Et respondeo, eas | dari debere, prout judex [1]) prospexerit, quod colligitur | ex illo verbo „et hoc legitime fuerit appro|batum“ in C. e. 2, 59. l. [2]) 2. §. quod si actor. 6.: nam | hoc a judice debet approbari [3]), ut C. de re-
Fol. 89a bus || creditis. 4, 1. generaliter [4]). 12.

Quis prius juret, an ac|tor an reus. Tit. 52.

Jurare debet actor prius |, postea reus, ut C. de jurejurando propter calumniam dando [1]). 2, 59. l. 2. in prin. | colligitur: sed contra arg. in Inst. de officio judicis |. 4, 17. in princip., ubi prius ponitur de juramento rei | , quam de juramento actoris; sed ibi ordo scrip|turae non est attendendus, ff. de solutionibus. 46, 3. l. nec or|do [2]). 6. Item quaeritur, si pendente judicio | moriatur judex, et alius ei succedat | , juretur iterum. Et est dicendum, quod non, quia tenetur, sicut | praedecessor explicare judicium, ff. de judiciis |. 5, 1. mortuo judice primo. 60., extra de jurejurando. 2, 16. ve|ritatis [3]). 5. lib. II [4]) (c. 14. X. 2, 24.). Item quaeritur, utrum mortuo litiga|tore heres succedens teneatur jurare iterum|, si ille post juramentum calumniae mor|tuus fuerit ante completum judicium. Et dicendum est, quod sic [5]), quia|, licet testator non institerit calumnio|se, tamen posset heres insistere, ff. de dam|no infecto [6]). 39, 2. qui

1) *Cod. om. Add. ex Pill. part.* 3. §. 1.
2) *Cod.* lib.
3) *Cod.* probari. *Mutavi sec. Pill. l. c.*
4) *Tit.* 51 *desumtus ex Pill. part.* 3. §. 1.
1) *Tit. in marg. adscr., in textu verba* t. e.
2) *Tit.* 52 *fol.* 89*a l.* 1 — 8. *desumta ex Pill. part.* 3. §. 1.
3) *Cod.* veritas.
4) *Fol.* 89*a l.* 8—13 *tangitur ap. Pill. p.* 3. §. 2. *med.*
5) *Cod. om.* Et — sic.
6) *Cod.* in facto.

bona. 13. §. si quis. 12.: item |, quia juramentum non transit in heredem, extra | de jurejurando. 2, 16. lib. II veritatis. 5. (c. 14. X. 2, 24.). Item quaeritur | , utrum in causa appellationis iterum sit jura|mentum calumniae praestandum, et dicendum, quod non, quod | eadem est cum principali, ut C. ne liceat | in una eademque causa tertio provocare. 7, 70. l. una [7]). Item | quaeritur, an possit remitti sacramentum | calumniae a partibus. Et videtur, quod sic, quia | sacramentum testis remittitur, ut extra de | testibus. 2, 12. tuis quaestionibus. 12. l. III (c. 39. X. 2, 20.). Et videtur hoc | expressum, quia lex dicit, eam protestandam |; sed exigitur, ut videtur, quod, si non exigatur |, omitti possit, ut ff.| de jurejurando. 12, 2. jus|jurandum. 34. §. qui jusjurandum. 4., sed contra C. t. e. | 2, 59. l. 2. sed quia veremur [8]). 4., ubi dicitur expresse, quod | non debet judex pati, si partes velint re|mittere sacramentum. Item decet dicere, quod consue|tudo introducta super hoc, ne juramentum | calumniae praestetur, non tenet, extra e. t. | 1, 34. c. ult. lib. I [9]) (c. 3. X. de fidejussore. 3, 22.).

De probationibus |. *Tit. 53.*

Post juramentum calumniae, de quo supra | proximo tractatum est, super illis articu|lis, quos negaverit reus, actorem oportet probationes adducere, ut C. de probationibus. 4, 19. actor quod asseverat. 23. et l. possessiones [1]). 2., et similiter reum, si aliquid | objecit, et illud negavit actor: puta |, quod dixit, quod solverat, quod petebatur, quia, qui solutionem asseverat, probare tenetur, ut C. de solutionibus. 46, 3. l. ult. [2]). Ideo || videndum Fol. 89b est de probationibus, quis probare | debeat, cui proban-

7) *In marg. adscr.* l. u. *Fol.* 89*a l.* 21—24 *exposita habes ap. Pill. p.* 3. §. 2.

8) *Cod.* queremus.

9) *Fol.* 89*a l.* 24—39. *exposita habes ap. Pill. p.* 3. §. 3.

1) Ut — possessiones *in marg. add.*

2) Quia — l. ult. *in marg. add.*

dum sit, et quot sint | species probationum, quae ceteris [3]) praeferatur. Et quidem | actori incumbit probatio, unde dicit decretalis |, quod, actore non probante, reus, et si nil praestiterit |, absolvendus est, extra III de causa proprietatis et possessionis. 2, 5. c. 1. (c. 3. X. 2, 12.), et C. de edendo. 2, 1. qui accusare. 4. et in Inst. de interdictis. 4, 15. commodum [4]). in 4. Reus autem negativam probare | non tenetur, quia negantis factum per rerum | naturam nulla est probatio, ut extra de electione. 1, 6. bonae | memoriae. 8. lib. III. (c. 23. X. 1, 6.), et 6. q. 5 [5]). actor. 2.

In quibus | casibus negativa | probetur |. Tit. 54.

Fallit hoc in quibusdam casibus, puta, si velit | reus onus probationis subire, probabit negativam, ut ff. de probationibus. 22, 3. circa. 14. Item si | rei negatio inplicatam [1]) in se habeat | affirmationem, ut extra de renunciatione. 1, 5. super | eo. 3. lib. II (c. 5. X. 1, 9.). Item si praesumtio sit pro actore |, transfertur in reum onus probationis, ut|puta, duo sumus filii ejusdem patris: prae|sumtio est, quod ego succedere debeam tecum |. Si autem tu possideas universas res hereditarias, et dicas, me ibi non debere habere [2]) partem, probare teneberis, ut C. de probationibus. 4, 19. sive | possidetis. 16., 34. q. 2. in lectum. 6.: nisi jus | neget, puta, dicit adversarium suum aliquo | jure prohibitum, ut ff. de probationibus. 22, 3. ab ea parte [3]) l. 5. Item propter delictum, ut si dicam, me tibi nu|merasse [4]) pecuniam indebitam, et repetam | eam tamquam indebitam, tu neges, eam | tibi fuisse numeratam, si probavero esse | numeratam, compelleris probare, licet | reus sis, quod debite fuerit pecu-

3) *Cod.* cuj.
4) Et C. — commodum *in marg. add.*
5) *Cod.* VI.
1) *Cod.* inplicata.
2) *In marg. add.*
3) *Ita in marg., in textu* verius, *quod atramento transversum est.*
4) *Ita in marg. in textu* tibi jurasse, *quod atram. transversum est.*

nia tibi solu|ta, ut ff. de probationibus [5]). 22, 3. cum de indebi|to [6]). 25.

Qualiter negativa probetur |. *Tit. 55.*

Hoc autem notandum est, quod probatio nega|tiva, si probetur directe, non valet talis | probatio, extra de causa proprietatis et possessionis. 2, 5. c. 1. lib. III | (c. 3. X. 2, 12.). Unde, si actor inducat testes vel instrumenta ad probandam affirmativam, et | reus ad probandam negativam direc|te totidem vel plures testes, praevalent pro|bationes probantes affirmativam, ut in illa | decretali. Si vero reus probet negativam | indirecte, praeferentur ejus probationes, extra de || testibus. 2, 12. ex tenore. 8. (c. 35. X. 2, 20.), in Inst. de inutilibus stipulationibus |. 3, 19. item verborum. 12., C. de contrahenda et committenda stipulatione. 8, 38. optimam [1]). 14. Fol. 89c

Quando defertur | *a judice sacra|mentum* |. *Tit. 56.*

Transfertur autem probatio | in reum, si [1]) sit praesumtio | pro ipso, et deferetur ei sacramentum | a judice. Defert autem judex sacramentum inter|dum reo, si plene non interveniant probatio|nes, interdum actori, prout videtur expe|dire, considerata persona actoris et rei |. Puta, si actor unicum testem inducat vel | aliam praesumtionem, poterit fieri delatio [2]) sacra|menti in causis civilibus, extra de procuratoribus |. 1, 18. ex insinuatione. 3. lib. II (c. 3. X. 1, 38.), C. de rebus creditis [3]) |. 4, 1. in bonae. 3., ff. de dote praelegata. 33, 4. Theopompus |. 14., licet quidam dicunt, ad vocem unius non | esse deferendum sacramentum, arg. ff. de quaestio|nibus. 48, 18. mari-

5) *Ita in marg., in textu* condictione indebiti, *quod atramento inductum est.*

6) *Qui jam sequitur versus* et ratione privilegii transferatur super jure | ibidem *atramento inductus est.*

1) *In titt.* 53 — 55 *vix est quod respondeat Pill. p.* 3. §. 6.

1) *Cod. add.* aut.

2) *Cod.* dilacio, *et eodem modo interdum* differt *pro* defert.

3) *Cod.* credendis.

tus [4]). 20.; sed ibi ideo unus testis | non inducit probationem, quia ancilla prius | fuit torta quam testis inducetur, et non | erit incipiendum a tormentis: nam tunc | pervenitur ad quaestionem, si opus est, cum aliqua | praesumtio judicem instruit, extra I de | re judicata. 2, 19. cum [5]) causa. 10. (c. 8. X. 2, 27.) Et vocatur juramentum istud | judiciale, et non est referendum [6]): sed retractari potest | probationibus postea receptis, ut ff. de jure|jurando. 12, 2. l. ammonendi [7]). 31.

Quando defer|tur a parte parti sacramentum |. *Tit. 57.*

Item aliud est | juramentum, quod defertur a parte parti ju|dice approbante [1]). Hoc referri potest, et appella|ri necessarium. In casibus autem tale sacramentum | non refertur, puta, in actione furti, rerum | amotarum, et in aliis famosis actionibus |, ut ff. rerum amotarum. 25, 2. Marcellus. 11. §. 1., et | ubi lex defert tale sacramentum, ut C. de fi|deicommissis. 6, 42. lex ult., nisi ipsa det potesta|tem deferendi, ut C. de bonis auctoritate | judicis possidendis. 7, 72. lex ult. §. ult., et non retractatur |. Ex eo actio et exceptio datur, ut C. de re|bus creditis [2]). 4, 1. l. actori [3]). 8., et ff. de jurejurando |. 12, 2. si duo. 13. §. si quis. 3. Olim autem is, cui de|ferebatur sacramentum, habebat necessarie, vel sol|vere quod petebatur, vel jurare, vel refer|re [4]) sacramentum, ut ff. de jurejurando. 12, 2. mani|festae. 38.: hodie autem potest quis recusare sa|cramentum, et si judex non ad-
Fol. 89d mittat recu||sationem, appellabit, ut C. de rebus creditis [5]).

4) *Cod.* si Marcus. *Conj. conf. ex Pill. p.* 3. §. 6.
5) *Cod. add.* in.
6) *Pro* e. r. *cod.* inferendum. *Mutavi sec. Pill. p.* 3. §. 6.
7) *Tit.* 56. *sequitur Pill, l. c.*
1) *Cod.* aprobante.
2) *Cod.* credendis.
3) *Cod.* actor.
4) *Ap. Pill. p.* 3. §. 6. *adduntur:* ut C. e. t. 4, 1. l. delata. 9., quoniam manifestae turpitudinis et confessionis est, nolle jurare nec referre, *quae num ap. nostrum exciderint in incerto relinquo.*
5) *Cod.* credendis.

4, 1. generaliter [6]). 12. Delator autem sacra|mentum referre non potest, si ei fuerit rela|tum [7]), nec recusare, nec appellare. Quando autem | recusatur sacramentum delatum, si judex in|juste recusatum perspexerit, sic causam diri|met [8]), quasi [9]) | ex voluntate sit recusatum, et non ex jus|ta causa: puta, quia feret sententiam pro eo |, qui detulit secundum conditionem sacramenti illati. Hoc tamen | non est praetermittendum, quod jusjurandum tale debet refer|ri [10]), quale delatum fuit; nisi specialis [11]) causa aliud in|ducat. Et si de qualitate juramenti, scilicet | utrum juretur in ecclesia vel extra, utrum super sacro|sancta evangelia vel non, inter partes fuerit | dubitatum, per judicem formabitur [12]), ut ff. eodem. 12, 2. jusjurandum [13]). 34. §. | non semper. 8. Item illud est sciendum, quod jusjurandum | delatum, antequam praestetur, revocari potest, ut | C. e. 4, 1. si quis. 11., et postea deferri non debet | sic revocatum, ut e. l. Et sacramenta | praestanda sunt ante sententiam et non post | eam [14]), ut C. eodem. 4, 1. generaliter. 12. §. omne [15]) igitur. pr. Illud quoque | sciendum [16]), quod, sive actor sive reus deferat | juramentum, prius de calumnia debet jurare |, antequam ille, cui delatum est, cogatur subire, ut | C. e. 4, 1. delata. 9., et [17]) ff. e. 12, 2. jusjurandum. 34. §. cum quis. 4., et ff. de probationibus. 22, 3. cum de indebito. 25. §. in omnibus. 3., nisi ratio personae varietatem inducat, puta [18]) in patrono et paren|te quibus juramentum de calumnia remit|titur, ff.

6) *Cod. praem.* l. III et II.
7) *Cod.* delatum.
8) *Cod.* dirimi. *Conj. conf. ex Pill. p.* 3. §. 6.
9) *Cod. add.* quasi nolente eo, cui sacramentum sit recusatum, q.d. | feret sententiam contra reum, *quae sensu carent et ap. Pill. p.* 3. §. 6. *desiderantur.*
10) *Cod.* deferri.
11) *Pill. l. c. add.* persona vel.
12) *Cod. om.* p. j. f., *quae add. ex Pill. l. c.*
13) *Cod.* jusjurandi.
14) *Cod.* ea.
15) *Cod.* omnem.
16) *Cod.* faciendum.
17) *Cod.* ut.
18) *Cod. om.* jusjurandum — puta, *quae excidisse docet periodi interrupta structura. Reposui ex Pill. p.* 3. §. 6.

eodem. 12, 2. si patronus. 16., et l. jusjurandum. 34., ex|cepto, ubi propter rem juratur, ff. 12, 2. quotiens. 14. §. 1. de veritate non de credulitate, sicut fit in | sacra mento calumniae[19]). Secus est, cum sacra|mentum refertur, quia non ferendus[20]) actor, si | conditioni, quam detulit ipse, velit sibi tunc de | calumnia jurari, ut ff. eodem. 12, 2. jusjurandum |. 34. §. ait. 6. Facienda est autem probatio judici, ut | 4. q. 3. §. item in criminali. post 2 |. verbis, saepe[21]). 28.

Quot sunt spe|cies probationis[1]) |. *Tit. 58.*

Fit autem probatio quandoque per testes vel instrumenta. Parem | enim habent testes cum' | instrumentis vim[2]), ut C. de fide instrumentorum. 4, 21. in | exercendis litibus. 15. Fit etiam per confessionem | partium, extra de judiciis. 2, 1. at[3]) si clerici. 6. lib. I[4]). (c. 4. X. 2, 1.). Item quandoque | deficientibus aliis probationibus recurritur ad | praesumtiones, et judicatur per eas.
Fol. 90a Si enim sit || praesumtio violenta, proceditur per eam ad | sententiam, utputa si inveniatur nudus | cum nuda, extra de praesumtionibus. 2, 15. litteris. 2. lib. II (c. 12. X. 2, 23.), 32. | q. 1[5]). dixit dominus. 2. Si sit probabilis, ut|puta, quod assidue habet familiaritatem | aliquis[6]) cum aliqua suspecta, non sufficit talis prae|sumtio ad condemnationem, sed indici | poterit purgatio, ut extra de purgatione canonica. lib. I. 5, 29. si quis de gradu[7]). 3. (c. 4. X. 5, 34.). Si vero sit praesumtio temeraria, repellitur |, ut 2. q. 1. primo[8]). 13.

19) *Verba* de veritate — calumniae *non intelligo.*
20) *Cod.* referendus.
21) *Tit.* 57 *desumtus ex Pill. part.* 3. §. 6 *et* 7 *init.*
1) *Incipere debet novus titulus cum Verbo* Fit; *sed in codice incipit cum* instrumenta.
2) *Cod. om.*
3) *Cod.* ac.
4) *Cod. om.* lib. I.
5) *Cod.* II.
6) *Cod.* alias.
7) *Cod. om.* si — gradu.
8) *In tit.* 58 *initium concordat c. Pill. p.* 3. §. 7.

Quae praesumtio | probationem recipit in contrarium|.

Tit. 59.

Admittitur | tamen probatio et contra praesumtionem violentam, 27. q. 1. nec aliqua. 4., inde [1]) et | contra probabilem multo fortius. Item ubi | jus praesumit, statur ejus praesumtioni, sed | probatur contra, utputa, si dicas, me spon|te renuntiasse ecclesiae meae, et ego negem |, probare teneberis spontaneam renuntia|tionem, ut extra de renuntiatione. 1, 5. super eo. 3. lib. II | (c. 5. X. 1, 9.). Hoc ubi jus praesumit super facto incer|to, et stat in finibus praesumtionis: si vero | praesumeretur et statueret, non probaretur | contra, utputa, si aliqua invita in | minori aetate contraxit cum aliquo [2]), prae|sumit jus, quod recesserim a conditio|ne apposita, ut de conditionibus appositis. 4, 4. per | tuas. 1. lib. III [3]). (c. 6. X. 4, 5.): vel si fingat jus super | facto certo, ut C. de rei uxoriae. 5, 13. l. una, ubi | jus fingit, semper stipulari pro reddenda | dote soluto matrimonio: unde dat ei | actionem ex stipulatu, licet non sit | stipulata. In casu tali probatio in contra|rium non recipitur [4]).

De testibus. Tit. 60.

Dictum est supra de probationibus, quae produ|cantur ab illo, cujus intentio ab adver|sario negatur. Sed quia principaliter probatio|nes fiunt vel testibus vel instrumen|tis, videndum est de testibus, quae exigantur in eis. Et quidem exiguntur ista | :

1) *Cod.* XXV. q. III extraordinarii. i. *habet pro* 27 — inde.

2) *Exciderunt hoc loco haec fere verba:* et tandem, aetatis metas attingens ab illo fuit cognita, praesumit jus, quod consenserit in matrimonium, ut extra II de matrimonio contra interdictum ecclesiae contracto. 4, 10. insuper. 3. (c. 4. X. qui matrimonium accusare possunt. 4, 18.): vel, si contraxi sponsalia cum aliqua sub hac conditione, si pater meus consentiret, et ante ejus contradictionem carnalis copula subsecuta sit,.

3) *Cod.* IIII.

4) *Tit.* 59 *non legitur ap. Pillium.*

Conditio, sexus, aetas, discretio, fa|ma,
Et fortuna, fides: in testibus | ista requires.

Conditio: an sit ser|vus vel liber: servus enim a testi-
Fol. 90b mo|nio repellitur, ut extra I de verborum significatione /. 5, 36. forus. 10. §. testes. (c. 10. X. 5, 40.), nisi defecerunt probationes, tunc | enim poterunt interrogari, 4. q. 3. §. item | in criminali. post 2. verbis, item [1]) servi. 36., vel si quae|ratur de facto servi, utputa si per eum | sit depositum, ut ibidem. §. item [2]) servi|. 36.: non tamen contra dominum. Sexus: quia feminae | repelluntur in criminali, ut 33. q. 5|. mulierem. 17., in civili admittuntur, ut 15|. q. 3. §. ex eo quod. 2., in causis matrimonia|libus, ut extra de testibus. 2, 12. super eo. 2. lib. II (c. 22. X. 2, 20.). Aetas|: quia minor quatuordecim annis non admittitur | in civili, ut 4. q. 3. c. 1.: minor | viginti [3]) annis non admittitur in criminalibus |, ut ibidem. 4, 3. §. in testimonium. 3. §. 14. Discretio: quia | furiosus et mente captus a testimo|nio est repellendus, sicut ab officio ju|dicandi, ut 3. q. 7. §. tria. post 1. Fama|: quia, qui non est integrae famae, ad testimo|nium admitti non debet, ut sunt infames | et publico judicio damnati, ut 4. q. | 3. c. 3. §. 3 [4]). Item secundum canones quicunque | peccatum mortale [5]) commisit, repellitur a | testimonio ut 6 [6]). q. 1. qui crimen intendit. 6., quia ibi repellitur ab accusatione, ergo et a testimonio, ut 4 |. q. 3. c. 1. In civili autem peracta | poenitentia admittuntur. Qualiter in civili | a ferendo testimonio testes repellit | canonica infamia, quae oritur ex commis|sione delicti [7]), ita tollitur per | exclusionem delicti, ut extra de re|gulis juris | lib. 1 [8]). 5, 37. omnis res per quascunque nascitur [9]) causas per easdem dissolvitur [10]). Et | quod canonica infamia repellatur, pro|batur, quia se-

1) *Cod. add.* si.
2) *Cod. add.* si.
3) *Cod.* XV.
4) *Pro* c. 3. §. 3. *cod.* §. 2.
5) *Cod.* morale.
6) *Cod.* V.
7) *Cod. add.* infertur.
8) *Pro* lib. I *cod.* III.
9) *Cod.* nasci.
10) *Cod.* dissolvi.

cundum leges propter delictum | non efficitur quis infamis regulariter |, nisi condemnetur, ut 4. q. 3. §. | item in criminali. post 2. Item quod criminosus | acta poenitentia in civili testificari pos|sit, probatur extra de simonia. 5, 2. per | tuas. 4. lib. III (c. 32. X. 5, 3.), quia cum agitur civiliter | de crimine, admittuntur, multo | fortius in pecuniaria causa. Et fortuna |: hoc est, si dives vel pauper, adeo quod || sit suspectus de suppressione veritatis Fol 90c propter | paupertatem, ut 4. q. 3. §. item | in criminali. post 2. Fides: quia haereticus contra catho|licum non admittitur, ut 2. q. 7. si | haereticus. 26. Aliter quilibet ad testimonium | admittitur. Edictum de testibus prohi|bitorium est, ut ff. de testibus. 22, 5. l. 1.

Quod testes faciant fidem [1]) |. *Tit. 61.*

Debent ad minus duo esse testes. 2|. q. 4 [2]). §. 1., nisi in quibusdam casibus plures | requiruntur. Quando scilicet cardinales Ro|manae ecclesiae accusantur, ut 2. q. 4|. praesul. 2. et nullam [3]). 3.: et in testamentis, in quibus [4]) exiguntur septem testes, C. de testamentis |. 6, 22. hac consultissima. 8. et in codicillis, ut C. | de codicillis. 6, 36. l. ult. Unde verbum evangelii | sic est exponendum, in ore duorum [5]) vel trium | etc., id est, non paucorum, extra de foro competenti |. 2, 2. licet. 1. lib. II (c. 22. X. de testibus. 2, 20.). Quod autem dictum est de testa|mentis, non videtur habere locum in ecclesiasti|co, in quo sufficiunt duo testes, et in | testimonio [6])|, ut extra de testamentis. 3, 22. re|latum. 10. et c. cum esses. 9. lib. I. (c. 11. 10. X. 3, 26.).

In quibus casibus unius | testimonium faciat fidem |. *Tit. 62.*

Unius autem testis | non facit fidem, 4. q. 3. §. item

1) *Haec inscriptio in margine addita est.*
2) *Cod.* III.
3) *Cod.* alias.
4) *Cod.* quibusdam.
5) *Cod.* duo.
6) *Scr.* testamento.

in | criminali. post 2. verbis, ubi. 26., 33 [1]). q. 2. admonere [2]) |. 8. fallit hoc in clerico, qui percutitur aliquibus | videntibus, cujus juramento statur, aliis no|lentibus super hoc testificari, extra de testi|bus cogendis. 2, 13. pervenit [3]). 1. lib. II (c. 5. X. 2, 21.). Item si super aliquo in|strumento moveatur quaestio et dubitetur, an | sit publicum necne, crederetur super hoc asser tioni tabellionis, qui illud confecit |, ut C. de crimine falsi. 9, 22. si quis decuri|o. 21.: hoc, ubi instrumentum habet subscriptionem testium, aliter non crederetur tabellioni, ut in Auth. de fide instrumentorum [4]). 6, 2. §. si vero. 7. (Nov. 73.). In omni|bus casibus illis creditur unius testimo|nio, in quibus praejudicium non infertur alicui |. Puta, si dubitetur, an Titius sit bap|tizatus, si appareat unus testis super hoc |, facit fidem, ut de consecratione di. 4. cum itaque. 112. Idem | esset, si de consecratione ecclesiae dubita|retur, et in consimilibus, in quibus extra jus | aliquid ab aliquo affirmatur non in praeju|dicium alterius [5]).

Quid quando testes concordant|. *Tit. 63.*

Fol. 90*d* Quando plures inducuntur testes ab una et | eadem parte et concordant, sequenda sunt omnia | quae dicunt. Si vero discordant, sequetur | judex illa dicta, quae rei aptiora esse intel|lexerit. 4. q. 3. §. item in criminali, post 2. verbis |, si testes. pr. Aliud in instrumentis, quia scripturae diver|sae, ab una et eadem parte prolatae, fidem sibi | derogant, ut C. de fide instrumentorum |. 4, 21. scripturae diversae. 14. Si autem duo vel tres testes | contradicant duobus vel pluribus, tunc considera|bit judex, quae rei aptiora esse viderit. Si | vero unus contradiceret uni, tunc ne unius | dictum valet, cum singuli

1) *Cod.* XXXII.
2) *Cod.* animovē.
3) *Cod.* praeterea.
4) *Cod.* d. bn̄di et fal. *Conf. firmatur ex Pill. p.* 3. §. 8., *qui insuper laudat* C. ad leg. Corn. de fals. 9, 22. si quis decurio. 21.
5) *Titt.* 60 — 62 *non respondent Pill. part,* 3. §. 8.

essent in suis | testimoniis singulares, extra de electione. 1, 6. cum dilecti. 17. lib. III (c. 32. X. 1, 6.). Si vero producantur ex diversis par|tibus et contradicant sibi ad invicem, tunc | stabitur majori numero, nisi minor numerus | esset tantae dignitatis, quod numero aliorum | deberet praeponi, extra de testibus. 2, 12. in praesentia|. 5. lib. III (c. 32. X. 2, 20.). Si vero pares sint partes, tunc feretur | sententia pro reo, quia proniora sunt jura | ad absolvendum quam ad condemnandum |, extra de probationibus. 2, 12. ex litteris. 2. lib. I (c. 3. X. 2, 19.). Fallit | hoc in liberali causa, ut ibidem dicitur, et in causa | inofficiosi testamenti, ut ff. eodem. 5, 2. si pars judicanti|um [1]). 10. Semper enim sententia ferenda est pro testamento, si pares sunt probationes, et in causa | liberali pro libertate, sive sit reus, sive sit actor, qui stat pro li|bertate. Et idem | dicendum est [2]) in causa matrimoniali, quod pronuntiandum sit pro matrimonio, quia res | est favorabilis, extra de matrimonio contracto | contra interdictum. 4, 17. c. 1. in fine. (c. 3. X. qui matrimonium accusare possunt. 4, 18.). Vel, si uterque esset | actor et pares erunt probationes in omnibus |, fieret interpretatio, ut extra de testibus. 2, 13. cum tu |. 16. lib. I (c. 16. X. 2, 20.), vel si non posset interpretatio fieri, divide|retur res, si esset divisibilis.

Quid si testes | sibi invicem contradicant |. Tit. 64.

Si autem testis | sibi ipsi contradicat, non valet testimo|nium ejus, 3. q. 9 [1]). pura et simplex. 17., nisi | errasset in dicendo, tunc enim in continen|ti posset errorem suum corrigere, extra de | testibus cogendis. 2, 13. praeterea. 3. lib. II | (c. 7. X. 2, 21.).

1) *Cod. pro* ut—judicantium *habet* si per has judicancium.

2) *In cod. verba ita sunt transposita:* sive sit reus et idem dicendum est, sive sit actor, qui stat pro libertate.

1) *Cod.* XII *et* X.

Quae diversitates noceant | in testimonio |. Tit. 65.

Fol. 45 91a Quae autem | diversitates noceant || testimonio, continentur his versibus |:

Res, persona, gradus, locus, haec sint [1]) consona, tempus |.

Si enim in [2]) actione producantur testes, ut | ferant testimonium super re illa, et dis|cordant in re probanda, non valet eorum | testimonium, cum sint in suis testimoni|is singulares, ut extra III [3]) de electione. 1, 6. cum di|lectus. 17. (c. 32. X. 1, 6.). Persona: quia si debeant de persona fer|re testimonium, et unus dicat de una|, alter de alia, non valet testimonium propter | praemissam rationem. Gradus: si producantur in | quaestione propinquitatis [4]) et diversificantur in gra|dibus, non valebit testimonium, 35. q. | 8 [5]). de gradibus. 1. Non tamen omnis diversitas | nocet, quia, si dicat unus Joannem in primo | gradu, et alter in secundo, non noceret, quia | quidam primum gradum ponunt filios, quidam | nepotes, 35. q. 3. §. hac auctoritate [6]). post 21.: si autem | unus dicat, esse in primo, et alter in tertio | vel ultimo, tunc noceret. Locus: in loco | debent concordare, ut probatur in exemplo Danielis, quia ideo reprobavit testimonium presbyterorum, quia discordaverunt in | loco. Item in tempore debent concorda|re, 3. q. 9. nihilominus. 16. Quod autem dictum est|, quod testes debeant concordare in loco | et tempore, intelligunt quidam, hoc verum | esse in facto non iterabili, ut est homici|dium [7]), quia si Titius dicatur ab uno occisus esse in die Lunae, et ab alio in die | Martis, inconpossibilia dicunt isti |. Secus in facto iterabili, quia si ad|ulterium dicat unus Titium commisisse cum | Titia in die Lunae et alter in die Mar|tis, utrumque istorum potest esse verum: et | licet non concordant, in proba-

1) *Cod.* sunt.
2) *Cod. om.* in.
3) *Cod.* II.
4) *Ita in marg., in textu* proprietatis.
5) *Cod.* IX.
6) *Cod.* itaque.
7) *Cod.* homicidum.

tione unius | criminis, id est adulterii, in specie autem pro|bant testimonia, scilicet Titium adulterum esse |. Sed eis contradicit exemplum de Susanna |, ubi factum fuit iterabile: attamen loci | diversitas vitiavit testimonium, sed ibidem [8]) dictum |, quod ideo hoc factum fuit, quia unicum adulteri|um probare nitebantur. Verius tamen | est, quod etiam in facto iterabili noceat |, ut in illo. §. nihilominus. 3, 9, 16. quia aliquid loquitur || de facto iterabili, quia vult dicere, quod non | recipiuntur tanquam plures, quia sunt singulares in suis testimoniis |. Quaedam autem diversitates temporum | vel locorum non nocent testibus, ut si | unus dicat: „Vidi Sejum in domo Titii [9])| cum | Titia adulterantem" — et alius di|cat: „Vidi in camera angulari tali, quae | est in domo illa" — quia secundi testis dictum | continetur sub dicto prioris, quoniam in toto | pars contineatur, ut ff. de regulis juris. 50, 17. in to|to etiam pars continetur. 113. Item si primus di|cat: „Vidi in die Lunae" — et alius dicat: „Vidi in hora tertia" — quia in eo, quod plus est, et id [10]) |, quod minus est, continetur, ut ff. de regulis | juris. 50, 17. in eo. 110. Etiam, si unus inspexit per fora|men adeo angustum, quod per illud non nisi uno | oculo apposito factum inspici poterat, et ita | in continenti unus post alium inspexit, non | nocet diversitas talis, quia ea, quae in conti|nenti fiunt, inesse videntur, ff. si certum | petatur. 12, 1. lecta. 40. Item si factum esset dura|bile: utputa, episcopus accusatur, quod tali | die celebraverit excommunicationem vel in aliena | parochia. Unus dicit, quod vidit eum celebra|re in hora tertia, alter, quod in hora sexta |, non nocet diversitas, quia in tantum consuevit | tale factum durare [11]).

Fol. 915

Quot productiones testium fieri debeant |. *Tit. 66.*

Productio autem testium fieri potest tribus vicibus |,

8) *Cod.* ipi.

9) *Cod. add.* cum Titii *sine sensu.*

10) *Cod.* in eo.

11) *Titt.* 63—65 *sequuntur in quibusdam Pill. part.* 3. §. 13.

extra de testibus. 2, 13. in causis. 15. lib. I (c. 15. X. 2, 20.). Et volunt | quidam intelligere productiones voca|ri dilationes, quod scilicet tres dilationes | sunt dandae ad productiones testium, et | dicunt, quod potest quilibet quot productiones vo|luerit facere, antequam renuntiet testium | productioni. Istam sententiam improbat Azo, quia | ad testium productionem non datur nisi unica | dilatio, ut 3. q. 2. §. spatium. post 4., C. de | dilationibus. 3, 11. l. 1. Et jam intelligitur simpliciter de | productionibus, quod tres tantum debeant esse, et si | voluerit facere quartam productionem, non lice|bit ei facere, nisi juret, quod nec per se nec per | alium didicit [1]) testificata, nec per fraudem | aliquam petit hanc quartam pro.ductionem |, ut in Auth. de testibus. 7, 2. §. quia vero. 4 |. (Nov. 90.).

Fol. 91c

Qualiter testes de|ponere debeant |. *Tit. 67.*

Et de consuetudine | jurant testes in praesentia | utriusque partis, et postea dicunt testimonia | sua in praesentia judicis in secreto, non | audientibus partibus, vel in praesentia illius, cui | judex committet testium receptionem, et | ille scribet et sigillabit dicta [1]) testi|um, vel aliter clausa retinebit, et tunc | vocantur dicta testium depositiones. Cum autem | renuntiatum fuerit testibus, aperientur dicta | testium et publicabuntur utrique parti, ut | extra de conditionibus appositis. 4, 4. per tuas. 1. lib. III (c. 6. X. 4, 5.), et tunc | vocabuntur attestationes. Et quod taliter sit | procedendum, probatur etiam per exemplum Danielis [1], qui separatim et in secreto recepit testes |, ita quod unus alium deponentem non audi|vit. Item quando recipiuntur testes, ille |, contra quem recipiuntur, consuevit ponere | in cartula articulos illos, super qui|bus vult, quod testes interrogentur, et por|rigere illi, qui recipit testes.

1) *Cod.* dicit.

1) *Cod.* de causa.

Quando testes jurare debent|. *Tit. 68.*

Jurar autem debent testes, antequam faciant [1]) | testimonium, quia nullus testis nisi juratus | fidem facit [2]), ut 4. q. 3. item in criminali [3]). post 2. verbis, item jus|jurandi [4]). 37. Potest autem remitti juramentum testi|um ex illius consensu, contra quem producuntur |, extra de testibus. 2, 12. tuis quaestionibus. 12. lib. III (c. 39. X. 2, 20.). Et debent | post litem contestatam non antea [5]) recipi testes, ut | extra III ut lite non contestata. 2, 3. quoniam. 5. (c. 5. X. 2, 6.), nisi quando testes | sunt moribundi, vel de eorum absentia di|uturna dubitatur.

In quibus causis | *ante litem contestatam* | *recipi possunt* | *testes* |. *Tit. 69.*

Tunc altera parte absente [1]) | per contumaciam, vel si sine | contumacia sit absens |, taliter, quod citatum ad ipsum pervenire non | possit, tunc recipientur testes. Sed si reus |, postquam habuerit copiam reconveniendi adversa|rium, intra annum non fuerit usus illis attestati|onibus, evanescit. Item si velit aliquis testes |, quos habet super aliquo facto, reducere in publicum | instrumentum, ut perpetuam habeat probationem, potest hoc |, licet ei nulla quaestio moveatur. Attamen [2]) vocandi illi |, quos tangit res, et sive veniant sive non, produ|centur testes, ut extra de testibus. 2, 12. significavit [3]). 14. lib. III (c. 41. X. 2, 20.). Item quando movetur quaestio de matrimo|nio Fol. 91d super perpetuo impedimento, absente | altera parte per contumaciam, producuntur testes. Item | quando quaestio super electione alicujus, et ille absentat | se, producuntur testes, et contra eum proceditur |. Item in quaestione inquisitionis producuntur testes ante | litem contestatam,

1) *Cod.* fecat.
2) *Cod. om.* f. f.
3) *Cod.* inter in c'nn.
4) *Scr.* jurisjurandi.
5) *Cod.* post.
1) *Cod.* praesente.
2) *Cod.* Item tamen.
3) *Cod.* significantibus.

ut extra ut lite non contestata. 2, 3. quoniam frequenter. 5. lib. | III (c. 5. X. 2, 6.).

Quae continentur in juramento | testium. Tit. 70.

Ita autem debent jurare testes |, quod dicent veritatem, quam noverint ex illa re|, ut 3. q. 9. hortamur. 20., quod nullam interferent | falsitatem. 2. q. 4. nullam dam|nationem. 3., 3. q. 9. pura. 17., et pro utraque par|te dicent testimonium, 14. q. 5. non | sane. 15. Item quod non pretio vel amicitia vel odio vel | proprio commodo testimonium dicent |, et in causa consanguinitatis | adjicient, quod jam audierint a majoribus suis |, et jam credant esse, prout dicent, extra I [1]) de testibus |. 2, 13. quoties. 20. (c. 5. X. 2, 20.).

Qui sint testes domestici |. Tit. 71.

Item nota, quod praeter supra memoratos repel|luntur a testimonio domestici, 4. q. 3. | §. item in criminali. post 2. verbis, etiam. 31. Vocantur autem domestici | illi, qui sunt in potestate producentis, ut sunt fi|lii, ut in Inst. de testamentis ordinandis. 2, 10. in testibus |. 9. Item servi, liberti, mercenarii, ut ff. de poenis [1]). 48, 19. res|piciendum. 11. §. furta domestica. 1. Item coloni | adscriptitii [2]), ut C. de his qui ad ecclesiam confugerunt. 1, 12. prae|senti. 5., et propinqui, ut C. de emendatione | propinquorum. 9, 15. l. una, et uxor, 47. d. §. | necesse. post 8., C. de re militari [3]) |. 12, 36. quicunque. 10. lib. XII.

In quo casu clerici possunt ferre | testimonium in causa ecclesiae |. Tit. 72.

In causa autem | ecclesiae civili possunt testimonium

1) *Cod.* II.
1) *Cod. om.*
2) *Cod.* adscriptici.
3) *Cod.* militanda.

ferre ejusdem ecclesiae clerici, ut 14. q. 2. super prudentia [1]). 1. Debent tamen canonici unum | vel duos constituere actores, et illi non | poterunt ferre testimonium in causa illa, in qua sunt actores, ut extra I de testibus. 2, 13. insuper. 21. (c. 6. X. 2, 20.). Contra | praelatum videtur quod etiam in criminali causa admittantur | clerici in testimonium, arg. extra de electione |. 1, 6. per inquisitionem. 11. lib. III (c. 26. X. 1, 6.), sicut admittuntur ad | ejus accusationem, ut extra de accusationibus |. 5, 1. c. ult. lib. I (c. 11. X. 5, 1.).

An post publicationem | attestationum possint testes produci |. Tit. 73.

Postquam autem testium | dicta fuerint publicata, non poterunt testes super illo articulo produci ||, ut extra de testibus [1]). 2, 13. c. ult. lib. I (c. 25. X. 2, 20.). Et in causa | appellationis non poterunt produci, nisi super novis | articulis, ut extra de testibus. 2, 13. fraternitatis. 17. l. | I (c. 17. X. 2, 20.): super aliis autem articulis, puta super | peremtoria exceptione vel consimilibus bene | possunt, ut extra de testibus. 2, 12. de testibus |. 2. lib. III (c. 29. X. 2, 20.). In causa autem matrimonii et jam probato articulo post attestationem producuntur testes, ut extra de testibus. 2, 12. ex tenore. 8 |. lib. III (c. 35. X. 2, 20.), utputa, vir probat, se cum alia | contraxisse, antequam contraheret cum illa, quae | petit eum in virum, tali die, poterit mulier probare contra et publicatis attes|tationibus, quia illa [2]) die non fuit in loco illo |, immo quod fuit alibi, ut ibi dicitur. Quidam autem dicunt, hoc esse verum in qualibet causa |, quod, si actor probet intentionem suam per | testes, et post publicationem attestationum | poterit reus negativam probare indirecte, quia probat quilibet negativam contra instru- Fol. 92a

1) *Cod.* prudenciam.
2) *Cod.* ille.
1) *Cod. add.* cam.

mentum modo | supradicto, ut C. de contrahenda et committenda [3]). 8, 38. optimam. 14., in Inst. de inutilibus stipulationibus. 3, 19. §. item verborum. 12. Sed instrumentorum nomine etiam testes continentur, ut extra de praesumtionibus. 2, 15. pervenit. lib. II (c. 4. X. de testibus cogendis. 2, 21.). Ergo et | contra testes poterit. Et dicunt, quod, si actor | intentionem [4]) suam probaverit per tres vel quatuor | testes, et reus negativam indirecte, ut | supra dictum est, probet per duos testes, praevalebit probatio rei: sicut, si actor aliquem fundum | esse suum per multos testes, et reus probaret | fundum illum se praescripsisse per duos testes, praevalerent isti duo testes illi. Sed | certe periculosissime decipiuntur. Licet [5]) | omnes doctores decretorum teneant hoc, quod publicatio testium ab actore productorum | aufert potestatem producendi testes reo, ut extra de testibus. 2, 13. c. ult. lib. I (c. 25. X. 2, 20.), et in Auth. de testibus. 7, 2. §. et quoniam. 5. (Nov. 90.). Sed reus non poterit | testes producere, nisi super probatione negativae indirecta, quia directe causam probare non | posset, ut [5]) extra de causa proprietatis et possessionis. 2, 5. c. 1 [6]). lib. III | (c. 3. X. 2, 12.): ergo post publicationem testium actoris | aufertur ei potestas probandi negativam [7]) indirecte.

Fol. 92b

An testes | de auditu recipiendi sint |. Tit. 74.

Notant autem quidam, testes de auditu non esse recipiendos, nisi in causa matrimoniali, ut extra de sobole suscepta ex [1]) secundis nuptiis. 4, 15. quia. 2. lib. I (*non ponitur.*), et in sollutione pecuniae, ut si creditor dicat | in praesentia testium, sibi solutam esse pecuniam, vel debitor confiteatur, se recepisse | pecuniam, ut 3. q. 9.

3) *Cod.* consti.
4) *Cod.* institutionem.
5) *Scr.* Scilicet *et postea* tenent.
6) *Hoc v. in cod. deest, sed locus rasus.*
7) *Cod. om.* c. 1.
8) *Cod.* negativvam.
1) *Cod. om.* sobole suscepta ex.

de his. post 15. Item | in actione pluviae arcendae, ut ff. de pro|bationibus. 22, 3. si arbiter. 28. Sed verius est, quod in omnibus | contractibus de auditu recipiatur testis, in | quibus consensu contrahitur obligatio. Quid enim |, si aliquis audivit aliquem stipulantem, nonne de | auditu ferei testimonium? Utique: vel, si | caecus audivit aliquem stipulantem, cujus vocem | habebat notam. Hoc autem est speciale in matri|monio et actione pluviae arcendae, quod non tantum de | auditu suo testificabitur quis, quando quaeratur | de consanguinitate, sed etiam, si potest, se au|divisse, sicut [2]) ei retulit avus vel superiores, ut in illa l. si arbiter. 22, 3. 28.

An tes|tes debeant esse rogati |. *Tit. 75.*

Testes etiam, si non rogati | fuerint, ut intersint contractui [1]), ad|mittuntur, ut 4. q. 3. item in criminali|. post 2. verbis, ad [2]) fidem. 25. Fallit hoc in casibus, in quibus | rogati debent esse testes, utputa |, si debitum in scriptura sit contractum, puta | instrumentum est factum super debiti solutione, vult | probare debitor [3]) per testes memoriam [4]) solutionis factae |, utputa in praesentia aliquorum dixit creditor |, sibi solutam fuisse pecuniam, tunc de|mum valet testimonium, si testes ad hoc | fuerint rogati, ut 3. q. 9. §. de his |. post 15. Item, si in testamento, ut C. de testibus. 4, 20. auth. | rogati. post 18., et in divortio, ut ff. de divortiis. 24, 2. nullum.

An socii criminis | sint ad testimonium admittendi |. *Tit. 76.*

Socii autem criminis non admittuntur ad | testimonium, ut 4. q. 3. §. item in crimi|nali. post 2. verbis,

2) *Cod.* se.
1) *Cod. add.* non.
2) *Cod.* aliud.
3) *Cod. om.* debitor.
4) *Cod.* memoriã.

item [1]) liberi. 40., etiam in exceptis criminibus |, ut extra I de testibus. 2, 13. veniens. 9. (c. 10. X. 2, 20.). Hoc ubi | crimini participant emolumentum recipien|do, secus, si tantum mediator extitit, ut | extra de simonia. 5, 2. quamvis. 6. lib. II (*non ponitur.*). Socius | autem aliter
Fol. 92c non [2]) in crimine, si producatur in || causa, quae sit communis ipsi et producenti, non poterit testificari, quia causa ad ipsum | pertinet in parte, quia omnibus in re propria | dicendi testimonii facultatem jura sub|moverunt, 4. q. 3. §. item in criminali. post 2. verbis, omnibus. 39. Si vero producatur in illa causa, quae | non sit [3]) communis, poterit testifi|cari, quia, cum edictum de testibus sit prohibi|torium, admittitur socius, cum nunquam pro|hibeatur, ff. de testibus. 22, 5. l. 1 [1].

Quando in causa | sua possit quis ferre testimonium |.

Tit. 77.

In causa sua non potest quis ferre testimonium |, ut dicitur in praedicta §. [1]) omnibus. 4, 3. post 2|. 39. Propria causa est | illa, cujus emolumentum ad aliquem suo nomine | spectat vel damnum, ut 2. q. 6 [2]). biduum |. 29. verbis, in propria. 7. Fallit hoc in legatario, qui percipit | emolumentum ex testamento. At tamen in causa testamenti | fert testimonium, in Inst. de testamentis ordinandis. 2, 10. §. le|gatariis [3]) |. 11. In quaestione denunciationis, ut | extra de testibus. 2, 13. in nomine domini. 3. lib. I (c. 2. X. 2, 20.). Item in | clerico, percusso coram multis, ut legitur extra | de testibus cogendis [4]). 2, 13. c. pervenit. 1. lib. II (c. 5. X. 2, 21.). Item ubi in | defectum probationum actori deferetur sacra|mentum, extra de procuratoribus. 1, 18. | ex insinuatione. 3. | lib. II (c. 3. X. 1, 38.).

1) *Cod.* nln.
2) *Verba* aliter non *aut corrupta sunt aut ejicienda. Fortasse scribendum est* alterius.
3) *Verba* quae non sit *bis leguntur.*

1) *Cod.* l.
2) *Cod.* V.
3) *Cod.* legatarius.
4) *Cod. om.* cogendis *et habet* praeterea *pro* pervenit. *cf. tit.* 62. *not.* 3.

An judex possit esse testis. *Tit. 78.*

Judex autem vel advocatus vel assessor | non debet facere testimonium in causa, in qua fuit judex vel advocatus vel assessor [1]), ut 2. q. 6. statuendum. 38. Creditur tamen ju|dici de his, quae acta sunt in praesentia ejus |, puta, si dubitetur de lite contestata et consimilibus, et | etiam scriptis judicis factis in judicio, licet eis prae|ferantur duorum dicta testium juratorum |, ut extra de testibus. 2, 12. c. 1. lib. III (c. 28. X. 2, 20.).

Quando | possit opponi in | personas testium |. *Tit. 79.*

Opponi potest in personas | testium et ante publica|tionem et post, ut extra de exceptionibus. 2, 11. denique. 1. lib. II | (c. 1. X. 2, 25.). Ille tamen, qui post publicationem attestationum | opponit in personam testis, debet jurare, quod ante pu|blicationem ignoraverit id, quod opponit, nisi ante | publicationem protestatus esset, se velle op|ponere in personas testium: tunc enim sine juramento | posset opponere. Sed tamen si testes illi aliquid | pro ipso deponerent, non credetur eorum depo|sitioni de facili, ut extra de testibus. 2, 12. in praesentia. 5. lib. III (c. 32. X. 2, 20.). Et testes, qui producuntur super perem|toria exceptione, compelli possunt deponere || etiam super principali. Jurabunt tamen secundum quod jurant | testes, ut extra de testibus. 2, 12. de testibus. 2. lib. III [1]) (c. 29. X. 2, 20.). Et | illum testem, quem quis recipit pro se, recipere | debebit contra se, ut 4. q. 3. item in | criminali. post 2. verbis, si quis [2]). 42., nisi postea efficeretur infamis, quia re|pellitur testis per infamiam post dictum testimonium | contractam, ut extra de testibus cogendis. 12, 13. praeterea |. 3. lib. II (c. 7.

Fol. 92d

1) *Verba* non — assessor *in marg. adscripta sunt.*

1) *Cod. om.* lib. III.
2) *Cod.* fieri.

X. 2, 21.). Item ille, qui producit testes, debet | procurare eos, ut 4. q. 3. item in criminali|. post 2. in fi. 40.

In quibus casibus cogendi sunt testes testificari |. *Tit. 80.*

Compelluntur autem testes, si per alios veritas | non potest liquere. 14. q. 2. quamquam |. 2., extra de testibus cogendis. 2, 13. c. 2. lib. I (c. 6. X. 2, 21.), quia verum tacere | et falsum dicere, utrumque peccatum est, ut extra de | crimine falsi. 5, 16. falsidicus testis. 2. lib. I (c. 1. X. 5, 20.). Hoc, quando | verum tacetur et veritas non potest per alios li|quere: alioquin, si per alios posset veritas | liquere, non esset peccatum, verum tacere. 22 [1]) i. q. 2. ne quis. 14. in fine.

Quando compelluntur testes | ad testimonium perhibendum |. *Tit. 81.*

Compelluntur autem in omnibus | civilibus causis [1]), ubi veritas per alios non potest | liquere, ut in illo c. „quamquam". 14, 2, 2. Item in | causis spiritualibus, puta ut in matrimo|nio, ut extra de testibus cogendis. 2, 13. c. 2. lib. I (c. 6. X. 2, 21.). Item | in causis criminalibus civiliter intentatis, puta | ut in inquisitione, ut extra de accusationibus. 5, 1. super his. 3. lib. III (c. 16. X. 5, 1.). Item in quaestione denuncia|tionis, licet quidam, nescio qua de causa |, dubitent, quia nemo [2]) compellatur, nisi ubi rem tem|poralem perdo propter veritatis defectum |, ut 14 [3]). q. 2 [4]). quamquam. 2.: multo fortius, ubi per|do animam. In criminalibus dicunt doctores non | compelli, quia ibi luce clariores debent esse probationes, ut C. de probationibus. 4, 19. l. ult., arg. |

1) *Cod.* XXXII.
1) *Cod.* casis.
2) *Cod.*). *i. e.* cum.
3) *Cod.* III.
4) *Cod.* IX.

contra 4. q. 3. §. item in criminali. post 2. verbis, | item l. Julia [5]). 3.

In quibus causis instru|menta praeferuntur | testibus |. Tit. 82.

Regulare est, quod | in exercendis litibus parem | vim habent instrumenta cum testibus, ut C. de fi|de instrumentorum. 4, 21. in exercendis. 15. Quandoque | tamen praeferuntur instrumenta testibus | : in probatione census, qui consuevit in | longum solvi, et ejus causa remota esse | a memoria hominum, ut ff. de probatio|nibus. 22, 3. census. 10. Item in probatione aetatis |, ut C. si minor se majorem. 2, 43. l. ult. 3., ubi, si quis negavit, se esse minorem [1]), et ju|ravit, non poterit postea probare se minorem, nisi per instrumentum. Item ubi quis in | scriptis confitetur debitum, non potest proba|re contra, nisi per instrumentum, C. de non numerata [2]) |. 4, 30. generaliter. 13. Et in omnibus casibus, in quibus | scriptura exigitur, ut 10. q. 2. hoc jus|. in 2., ubi in alienatione rei exigitur scriptura |, et in consimilibus eodem argumento. Quodsi testes contra|dicant instrumento, praeferantur duo [3]) vel tres te|stes instrumento exceptis supradictis casibus |, quia credendum est plus vivae voci quam mor tuae, ut in Auth. de fide instrumentorum. 6, 2. si vero [4]). 3. Fol. 93

De officio advocatorum |. Tit. 83.

Testium depositionibus lectis | et instrumentis hinc inde probatis et edi|tis insurgunt vicissim causarum patroni |, qui, gloriosae vocis [1]) confisi munimine, lap|sa

5) *Titt.* 66—81 *non respondent Pill. part.* 3. §. 8—13.
1) *Cod.* majorem.
2) *Cod.* numerum.
3) *Cod.* duos.
4) *Cod.* sed de comparatione litterarum *habet pro* s. v. *Tit.* 82 *in quibusdam sequitur Pill. part.* 3. §. 7. *et* §. 14.
1) *Cod.* voci. *Conj. conf. ex Pill. part.* 3. §. 15.

erigunt, fatigata reparant, et causarum | dirimunt ambigua fata [2]). Unde sciendum est, quod | pars actoris inprimis debet judici fidem | facere, quod debeat pro ipsa judex sententi|are, canonibus et legibus ad hoc introductis |. Item si testibus vel instrumentis vel aliis | legitimis modis vel saltem per adversarii confessionem suam probaverit intentionem |, seu fundaverit [3]), ostendere debet. Item | suorum debet testificata ad consonantiam re|ducere, et eorum dicta confirmare, et partis ad|versae testificata confringere, sicut melius [4]) potest, jure | scripto et argumentis. Item respondere de|bebit, subtilius quam poterit, objectis et | oppositis ab adversa parte. Rei autem | pars debet sic allegare, ut inprimis osten|dat et probet, si potest, quod actio proposi|ta locum non habeat, sicut [5]) est proposita |, extra de confirmatione [6]) utili vel inutili. 2, 20. examinata |. 3. lib. III [7]) (c. 7. X. 2, 30.). Et si competit actio vel causa petendi |, quae proponitur, debet monstrare, si protesta|tam exceptionem probavit, ex qua debeat [8]) | elidi actio agentis; et sic per singula di|cere et allegare, qualiter reus sit absol|vendus. Econtra actor [9]), si potest, debet ostendere |, si rei exceptionem possit elidere sua || replicatione, et sic per singula debet allega|re et dicere [10]), qualiter contra reum et pro eo sententia | sit ferenda. Quibus hinc inde subtiliter | peroratis, revertantur ab [11]) allegationibus, et | post feratur sententia, nisi interveniat ami|cabilis sive arbitralis [12]) compositio [13]).

Fol. 93δ

De sententiis |. *Tit. 84.*

Renunciatione facta | allegationum et testium, judex, ex quo sufficienter instructus fuerit, feret sententiam | dif-

2) *Cod.* facta. *Mutavi sec. Pill. l. c.*
3) *Cod.* fundavit.
4) *Add. ex Pill. l. c.*
5) *Cod.* si.
6) *Cod.* confirmando.
7) *Cod. om.* lib. III.
8) *Cod.* dāt.
9) *Cod.* auctor.
10) *Add. ex Pill. l. c.*
11) *Pro* r. a. *fortasse scribendum* renuncietur.
12) *Cod.* arbitrabitrabilis.
13) *Tit.* 83 *ex Pillio part.* 3. §. 15.

finitivam, his verbis: „De vultu tuo | judicium meum pendeat etc.: Ego episcopus [1]) |, auditis allegationibus utriusque partis et pro|bationibus, in scriptis condemno N. Titio |, adversario ejus, in decem libras [2]), quae ab eo | petebantur“ — vel, „condemno ad restitutio|nem fundi Semproniani [3]), ab eo petiti“ | — vel, „absolvo eum“. Semper enim sententia | debet continere vel absolutionem vel condem|nationem, ut ff. de re judicata. 42, 1. l. 1 [4]). et [5]) 2. q. 6. §. diffinitiva. post 41. §. 2., vel saltem | verba aequipollentia absolutioni vel condem|nationi, ut extra de verborum significatione. 5, 36. intelligentia [6]). 5. lib. | I [7]) (c. 6. X. 5, 40.). Et sententiam diffinitivam, ex quo tulerit |, mutare non [8]) poterit; tamen adjicere eadem | die de sumtibus, ut ff. de re judicata |. 42, 1. Paulus. 42. Debet enim in sententia victum victori con|demnare in expensis, ut extra de poenis |. 5, 32. calumniam. 5. lib. I (c. 4. X. 5, 37.), alioquin tenebitur judex, ut | C. de judiciis. 3, 1. properandum. 13. Sententiam autem interlocu|toriam potest judex mutare, extra de ap|pellationibus. 2, 20. significaverunt. 35. lib. I (*non ponitur.*), et ff. de re judicata. 42, 1. quod jussit [9]). 14., quia etiam arbiter potest |, ff. de arbitris. 4, 8. diem. 27. Est autem interlocutoria | sententia illa, quae fertur super emergentibus vel in|cidentibus quaestionibus, stante principali quaestione |. Est autem sententia ferenda post litem contestatam, non | ante, exceptis quibusdam casibus, qui notantur | extra ut lite non contestata. 2, 4. quoniam frequenter. 5. lib. III | (c. 5. X. 2, 6.). Item praesentibus partibus, vel altera parte ab|sente per contumaciam post litem contestatam: alias non | feretur, exceptis praemissis casibus, 3. q. | 9. absens. 13. Si autem ante litem contestatam altera pars | per contumaciam absentet se, quid juris sit, no|tatur su-

1) *Cod.* é *et jam spatium habes trium fere litterarum.*
2) *Cod.* lib.
3) *Cod.* Semproniali.
4) *Verba* ut — l. l. *in marg. addita sunt.*
5) *Cod.* ut.
6) *Cod.* inter alia.
7) *Cod.* III.
8) *Bis leg. in cod.*
9) *Verba* et — jussit *in marg. apposita.*

pra titulo de in jus vocatione. Item ferenda est sententia in scriptis, 2. q. 1. im|primis. 7., nisi sint breves lites, vel nisi episcopus cognoscat inter laicum et clericum, ut
Fol. 45 93c C. de || sententiis ex periculo recitandis. 7, 44. auth. | nisi [10]). post 3. Item, si feratur sententia expresse contra | jus scriptum, non tenet; si vero contra jus liti|gatoris [11]), tenet, ut extra de sententiis et re | judicata. 2, 18. cum inter vos [12]). 3. lib. III (c. 13. X. 2, 27.). Qualiter feratur | contra jus scriptum vel litigatoris, ponitur | aperte 2. q. 6. §. diffinitiva. post 41. §. 2. Licet | autem teneat semper sententia, lata contra | jus litigatoris,

In quibus casibus re|levatur | sententia |. Tit. 85.

Relevatur tamen in quibusdam | casibus, puta, si intra decem dies | ab ea fuerit appellatum, ut in illa decre|tali „cum inter vos.“ 2, 18, 3. Item per supplica|tionem, ut extra de in integrum restitutione. 1, 24. ex [1]) | litteris. 3. lib. III (c. 4. X. 1, 41.). Item per querelam falsi |, C. ad legem Corneliam de falsis. 9, 22. querela. 12. Item | in [2]) causa matrimoniali per sententiam acquisita exceptio tollitur per replicationem | postea commissi adulterii, extra de clandestina | desponsatione. 4, 3. ex litteris. 3. lib. II (*non ponitur.*). Item ju|dex in loco suspecto non debet judicare, qui | sit periculosus [3]) partibus vel indecens: alio|quin potest appellari ab ipso, etiam si appellatio|ne remota causa sibi fuisset commissa |, extra de appellationibus. 2, 19. ex parte. 5. lib. III (c. 47. X. 2, 28.). Et debet ferre | sententiam et de re certa, ut Inst. de | actionibus. 4, 6. curare. 32., et per semetipsum non per | alium, extra de consuetudine 1, 3. ad nostram |. 2. lib. III [4]) (c. 3. X. 1, 4.).

10) *Cod.* in fine.
11) *Cod.* legatoris.
12) *Cod.* vivos.
1) *Cod.* tam.
2) *Deest in cod.*
3) *Cod.* periculosis.
4) *Titt.* 84. *et* 85. *non respondent Pill. part.* 3. §. 16.

Quando sit appellandum |. *Tit. 86.*

Lata sententia potest is, qui victus est, ap|pellare intra decem dies, ut 2. q. 6|. anteriorum. 28., vel etiam ille pro quo lata est sententia |, extra de officio delegati. 1, 21. c. 1. lib. I (*non ponitur.*). Et infra annum | persequenda est, vel si justa causa interveni|at datur biennium, extra de appellationibus. 2, 20. cum sit | Romana. 5. lib. I (c. 5. X. 2, 28.), et si infra tempus id non | fuerit prosecuta appellatio, rata manebit | sententia, ut ibidem dicitur, nisi appellans fuisset im|peditus, ut extra de appellationibus. 2, 20. ex ratione. 8. lib. I | (c. 8. X. 2, 28.), vel ubi judex appellationis fecisset, quo minus | ad ipsum causa appellationis introduceretur, ut | 2. q. 6 [1]). anteriorum. 28. §. ad hoc. 1., in | Auth. ut sponsalitia largitas. 9, 2. §. et hoc quoque. 2. (Nov. 119.); vel nisi | partes infra tempus appellationis compromisissent |, et arbiter non posset dirimere causam, tunc || nihilominus salvum remanet partibus tem|pus appellationis, ut C. de temporibus [2]) et repara|tionibus appellationum. 7, 63. auth. si tamen. post 2. Appellans autem non | debet assignare causam, quare appellet, ut extra | de appellationibus. 2, 19. secundo. 16. in fi. lib. II (c. 41. X. 2, 28.), nisi ubi remota | est appellatio, ut extra de appellationibus. 2, 19. constitutus |. 3. lib. III (c. 45. X. 2, 28.). Tunc enim non admittitur appellatio, nisi a manifesto gravamine, ut extra de appellationibus |. 2, 19. ex parte. 5. lib. III (c. 47. X. 2, 28.). Et potest appellari eadem die | nuda voce: si vero die alio post sententiam | velit quis appellare, in scriptis appellabit |, ut 2. q. 6. §. diffinitiva. post 41. §. 2. circa | finem, sub hac forma: „Ego N., a sententia | domini N. lata contra me super quaestionem |, quae erat inter me et N. appello, et apostolos | peto," 2. q. 6. §. forma. post 31. Et ju|dex

Fol. 93d

1) *Cod.* secunda quaestione sexta *et eodem modo in sequentibus aliquoties.*

2) *Cod.* tempore.

debet dare apostolos sub hac forma: „Titium |, qui appellavit a sententia mea, his | litteris dimitto," 2. q. 6 [3]) |. post appellationem [4]). post 31. Et debet mittere ad judicem appel|lationis omnes allegationes et probationes |. Judex autem appellationis recipere debet eam |, et examinare, et confirmare vel in|firmare sententiam, ut 2. q. 6 |. §. diffinitiva. post 41. §. 2. circa finem. In casibus non reci|pitur appellatio. Puta, in notorio delic|to, extra de appellationibus. 2, 20. cum sit Romana |. 5. lib. I (c. 5. X. 2, 28.). Excellentia judicis etiam prohibet | appellationem, quia a papa non appellatur, ut | 9. q. 3. cuncta. 17. Item si par|tes paciscantur, ne appellent, ff. a [5]) quibus | appellare non licet. 49, 2. l. 1. Item contumax non appellat |, 24. q. 3. de illicita. 6. Item | in minima re, quae consistit infra quadraginta solidos |, non appellant illi, qui sunt remoti a cu|ria, extra de appellationibus. 2, 19. licet. 12. lib. II (*non ponitur.*): secus | si sint vicini, extra de appellationibus. 2, 20. appellationi autem [6]) |. 19. lib. I (*non ponitur.*). Item si sit remota appellatio, ut extra | de appellationibus |. 2. 19. pastoralis. 11. lib. III (c. 53. X. 2, 28.). Item ab | arbitrio non appellatur, 2. q. 6. a | judicibus. 33. Item si res sit peritura tempore |, utputa si appelletur, ne cadaver defunc|ti sepeliatur, in Auth. ut cum de appel|latione cognoscatur. 8, 16. §. penult. [7]). (Nov. 115. c. 5.). Contrarium tamen dicit | extra de appellationibus. 2, 20. qua fronte. 41. lib. I [8]) | (c. 25. X. 2, 28.).

Fol. 94a

De officio judicis |. *Tit. 87.*

Ad officium judicis | pertinet, recepto libello ab actore, reum | citare, et cum venerit, cautio est exigenda a | partibus, ut notatur supra in primo titulo |, vel

3) *Cod.* septima.
4) *Cod.* sententiam.
5) *Cod. om.*
6) *Cod.* appellationibus.
7) *Cod.* ult.
8) *Tit.* 86. *non respondet Pill. part.* 3. §. 17.

si aliqua pars per contumaciam non veniat, fa|ciet missionem causa rei servandae, ut | notatur supra de in jus vocando. Transmisso ante | libello tam super principali quaestione quam super | accessoria [1]) reconventionis, si facta fuerit | reconventio, debet praefigere terminum, infra quem | proponantur omnes dilatoriae exceptiones | ut extra de exceptionibus. 2, 16. pastoralis. 3. lib. III | (c. 4. X. 2, 25.). Post terminum illum faciet litem contestari, per | narrationem actoris et responsionem rei | ad illam. Post hoc faciet juramentum | de calumnia praestari, ut supra nota|tur [2]) de juramento calumniae. Postmodum fient | interrogationes ex parte actoris et responsiones | ex parte rei, et econtra, ut notatur supra, in quibus ca|sibus interrogationes fiant post litem contestatam. Post inter|rogationes ad illos articulos probandos, qui ne|gati sunt, producantur probationes, ut notatur supra | de probationibus et de testibus. Postquam autem testes fue|rint publicati, et disputatum fuerit super | illis, facere debet judex sententiam. Antequam autem faciat | sententiam, debet diligenter perscrutari, si aliquid | habeant partes proponere in adjutorium causae | suae, 30. q. 5. judicantem|. 11.

An dandae sint dilatio|nes pro testibus | et instrumentis |. Tit. 88.

At si partes, antequam | renuncient probationibus, petent | inducias ad producendos | testes vel instrumenta, dare debet eis, si hoc res ex|poscit, ut 3. q. 3. §. spatium |. post 4., etiam si in alia provincia sint testes, ut extra | de fidejussoribus. 3, 18. constitutus [1]). 5. lib. I (c. 3. X. 3, 22.). Et semel | tantum dandae sunt, nisi evidens appareat | necessitas, ut ff. de feriis. 2, 12. oratione [2]) |. 7.

1) *Cod.* p a.
2) *Cod.* vocatur.
1) *Cod. add.* pervenit, *quod est cap. antecedens, sed nihil continet, quod huc pertineat.*
2) *Tit.* 88. *ad hunc locum non pertinet, sed ad tit.* 83. *re-*

Qualiter sententia exe|cutioni mandetur |. Tit. 89.

Sententiam autem latam debet judex executioni mandare, si in personam actum est, post quadrime|stre tempus, ut extra de officio delegati. 1, 18. quae|renti. 5. lib. III (c. 26. X. 1, 29.), et C. de usuris rei judicatae. 7, 54. l. ult., quod etiam tempus ad fidejussores et mandatores condemnatorum extenditur, ut in eadem lege [1]). Si vero in rem, tunc post decem dies | faciet judex rem restitui [2]). Si non possit reus | statim restituere, alioquin dabitur ei tem|pus, infra quod restituat, ut in Inst. de | Fol. 94b officio judicis. 4, 17. etsi [3]). 2. Si vero nolit reus restituere, excommunicabitur, ut in illa „quae|renti.“ 1, 18, 5. (c. 26. X. 1, 29.). Et idem in qualibet alia causa, excep|ta personali, quod sententia mandetur exe|cutioni post decem dies. Quando autem in personali | sententiantur, is est ordo executionis, quia primo | mobilia capientur per judicem et venduntur |: postea immobilia loco pignoris assig|nabuntur: demum pervenitur ad | jura, ad nomina scilicet et alia: et si emptor non | invenitur, fiat adjudicatio rerum illarum | victori, ff. de re judicata. 42, 1. a divo Pio [4]) |. 15.

Explicit ordo judiciarius magistri Da|masi [4]).

ferendus est, nisi forte contineat glossema, quod extremis verbis antecedentis tituli annexum sit.

1) *Verba* et C. — lege *in marg. addita sunt.*

2) *Cod.* testui.

3) *Cod. om.*

4) *Titt.* 87 — 89. *non leguntur ap. Pillium.*

5) Bis legitur hic finis, primum atramento, deinde minio scriptus, quorum illud auctoris nomen habet *Damasci*, hoc *Damasi.*

BONAGUIDAE

SUMMA INTRODUCTORIA SUPER OFFICIO ADVOCATIONIS IN FORO ECCLESIAE.

Titulorum index.

Prooemium ..... Fol. 1*a* — Fol. 1*d*

Prima particula.

Tit. 1. De moribus advocatorum ..... » 1*d* — » 2*c*
» 2. De exordiis advocatorum ..... » 2*c* — » 7*c*
» 3. De cautelis advocatorum ..... » 7*c* — » 11*c*

Secunda particula.

Tit. 1. Qualiter advocatus actoris ordinet causam ..... Fol. 11*c* — Fol. 12*d*
» 2. De formatione libellorum super facto electionis, et primo, qualiter electus petat, suam eleotionem confirmari ..... » 12*d* — » 13*b*
» 3. Qualiter electus requirat et appellet, cum superior eum confirmare differt » 13*b* — » 15*b*
» 4. Qualiter contemtus petat electionem cassari, quae facta fuit eo inconsulto » 15*b* — » 17*a*
» 5. Qualiter concipiantur libelli super jure patronatus ..... » 17*a* — » 17*c*
» 6. De formatione libellorum super decimis ..... » 17*c* — » 18*c*
» 7. De formatione libellorum super sponsalibus vel matrimonio, et impedimentis eorum ..... » 18*c* — » 22*a*
» 8. Qualiter formetur libellus, cum ecclesia dicitur decepta ..... » 22*a* — » 23*b*
» 9. Qualiter formentur libelli super aliis causis a praedictis ..... » 23*b* — » 23*c*

Quarta particula.

Tit.	1.	De positionibus faciendis	Fol. 52*b* —	Fol.	53*d*
»	2.	Qualiter advocatus rei positiones, quae ab actore fiunt, impugnet . . .	» 53*d* —	»	55*d*
»	3.	De interrogationibus et responsionibus faciendis in jure	» 55*d* —	»	57*c*
»	4.	Qualiter quis proprium errorem vel sui advocati et infra quod tempus revocet	» 57*c* —	»	58*c*

Quinta particula.

Tit.	1.	De petitionibus, quae fiunt pro litteris impetrandis super beneficiis . .	Fol. 58*c* —	Fol.	60*c*
»	2.	De petitionibus, quae fiunt pro litteris impetrandis secundum formam juris communis	» 60*c* —	»	61*d*
»	3.	Qualiter formetur petitio super dispensatione petenda	» 61*d* —	»	62*a*
»	4.	Qualiter constituatur procurator ad impetrandum in curia	» 62*a* —	»	62*d*

Prolegomena.

Bonaguida de Aretio, judex et juris canonici professor, floruit in patria circa medium saeculum tertium decimum, nominaturque inter magistros, qui anno 1255 statuta et ordinamenta studii Aretini et firmaverint et approbaverint [1]). Fuit praeterea advocatus in curia tempore Innocentii quarti [2]), et quae scripta reliquit [3]), ea omnia ad forensem usum destinata sunt. Inter quae principem obtinet locum *Summa introductoria super officio advocationis in foro ecclesiae,* quae apud Joannem Andreae [4]) nono loco post Gratiam Aretinum recensetur, de cujus descriptione suis locis verba facienda sunt in notis textui adjectis. Inter codices hujus summae manuscriptos, quos laudat Sabiniacus [5]), non vidi

a) Mss. Taurin. P. 2. p. 79. nr. 269.:

b) Bibl. Augustini mss. latin. nr. 397. 398. 399.

Neque

c) Librum Metensem, quem Haenelius [6]) citat.

1) Vid. statuta ap. Sabiniacum hist. jur. Rom. med. aevi. T. III. p. 671. ed. sec. — *Add. fol.* 28*d*, *verbis:* secundum nos canonistas. — 2) Jo. Andreae in prooem. Novellae in Decretales. *Add. fol.* 61*d*. — 3) Vid. Sabiniacum l. c. T. V. p. 447. sq. — 4) Ap. Sabiniacum l. c. T. III. p. 636. ed. sec. — 5) l. not. 3. cit. — 6) Catal. p. 221. v. 9. a f.

Ceterorum descriptio haec est:

1. *Codex Parisiensis*, lat. nr. 4249, membranaceus in folio, saeculi XIV, fol. 1—16a, singula folia quaternarum columnarum, columnae 58 versuum: versus circiter 16 syllabarum. Tituli et litterae initiales rubri coloris.

2. *Codex Parisiensis*, lat. nr. 4249A, membranaceus in folio, saeculi XIV, fol. 3—17a, singula folia quaternarum columnarum, columnae 57 versuum, versus circiter 16 syllabarum. Tituli rubro colore, initiales litterae rubro caeruleoque alternis vicibus artificiose distincta sunt. In fine codicis legitur: *Anno domini MCCLX nono XVI mensis Januarii, Pennula scriptoris requiescat fessa laboris:* quae quidem num ab ea manu, quae codicem scripsit, adjecta sint, valde dubito: ad annum autem, quo liber exaratus sit, referri non posse, id extra omnem dubitationem positum est.

3. *Codex Parisiensis*, lat. nr. 4604, membranaceus in folio, saeculi XV, fol. 85c—92d, singula folia quaternarum columnarum, columnae 79 versuum, versus circiter 24 syllabarum. Tituli sunt rubri coloris, initiales litterae non insigniuntur. Nomen auctoris in prooemio scriptum legitur *beronas.*

4. *Codex Basileensis* (*Cod. A.*), C. V. 37., membranaceus in quarto, saeculi XIV. Sunt folia 63, sequiturque ejusdem auctoris *Summa super dispensationibus*, inde ab extrema fol. 63. columna usque ad fol. 69c. Singula folia quaternas habent columnas, columnae 28 versus. Tituli rubro, initiales litterae rubro caeruleoque colore picta sunt magno cum artificio. Liber est elegantissime scriptus, et a secunda manu correctus, ut videtur, saeculo XV.

5. *Codex Basileensis* (*cod. B.*), C. V. 17., membraanceus in quarto, saeculi XIV, fol. 2—20b, singula folia quaternarum columnarum, columnae 35 versuum. Tituli rubri, initiales litterae aut rubri aut caerulei coloris. Nomen auctoris in inscriptione operis, in prooemio et in fine

audit *bonajuncta* non *Bonavinca*, prout in indice libri fol. 1. a manu saeculi XV, in codicum catalogo et inde apud Haenelium [7]) scribitur. In summa altera columna fol. 2. (cod. fol. 1.) leguntur versus:

Littera, bulla, stilus, manus altera, rasio, filum,
Ista tibi papale docent cognoscere scriptum.

Rubricarum numerus hoc in libro valde auctus est.

6. *Codex Basileensis* (*Cod. C.*), C. I. 29., membranaceus in folio. Praecedit *Lectura decretalium edita a magistro Petro de Sampsone*, fol. 1—127*b*. Sequitur Bonaguida inde a folio 127*b*. v. 20. a f. usque ad fol. 145, quod est extremum totius libri. Folia sunt quaternarum columnarum, columnae 59 versuum. Tituli, rubri coloris, saepius omissi sunt et usque ad tit. de articulis sive capitulis per testes probandis (Part. 3. tit. 5.) in margine ab alia manu atramento de novo adscripti leguntur: initiales litterae non insigniuntur.

7. *Codex Bambergensis* (*cod. D.*), D. II. 16., membranaceus in folio, saeculi XIV, miscellanei argumenti. Legitur noster pag. 85 — 98*a*. Singula folia quaternas columnas, columnae 81 habent versus. Tituli rubro, initiales litterae alternis vicibus rubro caeruleove colore picta sunt. In infima folii primi parte adversa sunt quaedam a manu saeculi XV, quae a nostro aliena sunt. Paginae 96. columna altera vacua est: sed nihil hoc loco desideratur. Excipit nostrum in codice pag. 86a v. 11. a f. *Summa magistri Gratiae Aretini.*

8. *Codex Erlangensis* (*cod. E.*), nr. 272., membranaceus in quarto, saeculi XIV, miscellanei argumenti. Legitur noster fol. 36*c* — fol. 52*c*. Singula folia quaternarum columnarum, columnae 50 versuum. Initiales litterae sunt rubri coloris, tituli eas non antecedunt, sed sparsim in summis foliorum columnis, interdum in margine non accurate minutissimis adscripti sunt litteris.

Et Parisienses quidem codices postquam intellexi in universum cum reliquis concordare, in singulis conferre

7) Catal. p. 555.

neglexi. Ex his autem textum ita concinnavi, ut fundamentum editionis facerem codicem A., omnium praestantissimum, et sicubi depravationis occurrebant vestigia, ex lectionum varietate, quam integram adjeci, medelam quaererem. Non temere: cum in codicibus neque familiae diversae neque diversae operis recensiones possint agnosci, sed omnes ex communi fonte manaverint, scribarum incuria plus minusve obscurato. Nam illud pro contraria sententia afferri nequit, quod personarum locorumque nomina in formulis obvia mutata sint interdum a scribis, quia tales diversitates, et alia id genus, faciunt quidem ad eruendos locos, ubi codices exarati sint, ad ipsum textum constituendum non magni sunt momenti. Si vero de singulorum quaeras virtute, ad codicis A. praestantiam proxime accedit codex C.: cod. B., quamvis accuratius exaratus quam C., tamen a manu interpolatrice non immunis esse videtur: ultimo denique loco ponendi sunt D. et E., in depravationibus saepenumero concordantes. Sed de istis suum unusquisque formare sibi potest judicium, inspecta lectionum varietate. In indicandis enim variis lectionibus easdem leges secutus sum, de quibus in prolegomenis ad Bulgarum et Damasum, uberius autem in iis exposui, quae Tancredi summae de matrimonio praemisi. Unum tantummodo addo, quod huic scriptori peculiare est. Paragraphorum signa in codicibus addita leguntur satis frequenter, sed mira diversitate et inter singulos codices, et in iisdem, cum scribae interdum post magnum periodorum numerum, interdum post pauca verba ea repetierint. Haec inconstantia pro argumento est, auctori libelli ista vix deberi; quamvis nequaquam negaverim, addita esse ab eo paragraphorum signa. Itaque inpraesentiarum delevi omnia haec signa, neque volui alia ex meo addere arbitrio, sed tutius esse putavi, singulas codicis A. columnas margini apponere, locis citandis aptissimum adjumentum. Singulos vero codicis A. versus non notavi, cum breviores sint, et columnarum commemoratio jam satisfaciat.

Ex fontibus laudatur a Bonaguida cum civile jus tum canonicum. Ex hoc autem praeter Decretum et Raimundi collectionem posteriora tantum Gregorii IX. et Innocentii IV. [7a]) capitula, nulla ex scrioribus decretalium collectionibus. Unde, adhibitis simul testimoniis, quorum initio prolegomenorum feci mentionem, facile est, de tempore aliquid definire in universum, quo libellus conscriptus sit. Ad accuratiorem autem hujus loci constitutionem duo faciunt. Alterum est, quod Goffredus vocatur cardinalis (cf. infra not. 14.), alterum ex formula, quae fol. 21*d*. legitur, et subscriptione codicis Parisiensis 4249 A. desumitur. In illa enim codices C. D. et E. habent annum MCCXLIX, quocum cod. A., qui annum MCCXLIII, et B. qui MCC (omisso XLIX), Parisiensis denique, qui annum MCCLXIX repraesentat, quam facili conjectura ad concentum possint reduci, non est, quod demonstrem. Quorum argumentorum junctis ex viribus id consequi mihi videtur, anno 1249 Summam introductoriam vidisse lucem. Laudantur praeterea apud nostrum ex veteribus juris interpretibus Placentinus [8]), Joannes Bassianus [9]), Pillius [10]), Azo [11]), Tancre-

7*a*) Fol. 30d, fol. 31a, fol. 31d, fol. 32c et fol. 32d: *extra de appellationibus. cordi nobis. quae est novella constitutio* (c. 1. in 6to. 2, 15.). Ultima verba fol. 31a et d et 32c et d desiderantur. Add. fol. 27b. not. 28. — Fol. 31d: *extra de appellationibus. Romana., quae est una de decem Romanis* (c. 3. in 6to. 2, 15.). — Fol. 40a et b: *extra in novella constitutione de litis contestatione. exceptionis.* (c. 1. in 6to. 2, 3.). — Fol. 41d: *extra de appellationibus. legitima., quae est novissima constitutio Innocentii quarti* (c. 2. in 6to. 2, 15.). — Fol. 42c: *extra de exceptionibus. pia.* (c. 1. in 6to. 2, 12.). — Fol. 52b: *constitutio extra Gregoriana, quae incipit: praesentium* (c. 2. in 6to. 2, 10.). — Fol. 54a: *extra de confessis. statuimus. quae est constitutio novella* (c. 1. in 6to. 2, 9.). — 8) Fol. 16c et fol. 58b, *ubi cf. notas.* — 9) Fol. 57a, *ubi cf. notam.* 10) *De ordine judiciorum:* fol. 31a, fol. 31d, fol. 48c. — 11) *Summa Codicis:* fol. 10a, fol. 27c, fol. 29b, fol. 48b bis, fol. 49a, fol. 55c, fol. 56b, fol. 56c, fol. 58b. *Summa Institutionum:* fol. 56c. *Apparatus in Codicem:* fol. 49a, fol. 57c. *Lectura in Codicem non citatur, cf. notas in duobus foliis ultimo loco laudatis.*

dus [12]), Accursius [13]), Goffredus [14]), glossa juris canonici [15]) et praeceptores in genere [16]). Ex classicis autem scriptoribus allegantur Aristoteles [17]), Horatius [18]), Ovidius [19]), Seneca [20]), Boëthius [21]), aliique sapientes [22]).

Scribendi denique genus, quo utitur Bonaguida, a theoreticis expositionibus alienum est, totumque versatur in explicandis iis, quorum usus in foro esset frequentissimus. Et haec fuit causa, ut hunc potissimum scriptorem cum reliquis duobus conjungerem. Opposita enim juxta se posita magis elucescunt.

12) *De ordine judiciorum:* fol. 48c, fol. 55b. — 13) *Glossa ordinaria in Codicem*: fol. 20b, fol. 29a: *in Institutiones:* fol. 24a. 14) *Summa Decretalium:* fol. 27b, fol. 62c, *ubi cf. notam. Glossa:* fol. 43c. *Denique citatur dissensus hujus viri, postea cardinalis* (fol. 27b), *cum esset auditor contradictarum a vicecancelario circa recipiendas appellationes:* fol. 61d. — 15) Fol. 9d, fol. 10d bis, fol. 12c, fol. 18b, fol. 28a, fol. 42a, fol. 42b bis, fol. 43d, fol. 45b, fol. 48b, fol. 56a, fol. 56d, fol. 58c, fol. 61c, fol. 62b, fol. 62c bis. — 16) Fol. 24d, fol. 27a, fol. 52c. — 17) Fol. 8d. — 18) Fol 9d. 19) Fol. 4c, fol. 5b, fol. 8b, fol. 8c, fol. 27b. — 20) Fol. 5b, fol. 29b, fol. 31d. — 21) Fol. 54a. — 22) Fol. 11b, fol. 29d, fol. 45c.

Incipit Summa introductoria super officio advocationis in foro ecclesiae [1]), a Bonaguida [2]) judice et [3]) juris canonici [4]) professore composita [5]).

Fol. 1a

Cum [6]) advocationis officium perquam [7]) utile vitaeque [8]) hominum lex suadeat [9]) necessarium fore, merito lex ipsa in eodem officio militantes, tanquam virtutum merentes [10]) praemia, inter alios extollendos decrevit [11]). Ipsi enim et [12]) ambiguis [13]) causarum finibus dirimendis suo Marte [14]) efficacem operam praestant, lapsa erigunt, fatigata reparant, et suis [15]) gloriosis vocibus laborantium spem et vitam [16]) defendunt. Nec minus dicuntur reipublicae et singulari [17]) utilitati [18]) singulariter providere, quoniam, si pro [19]) utilitatibus singulorum clypeis,

1) *B. D. E.* ecclesiastico. — 2) *A.* Bonasuida. *B.* Bonajuncta. — 3) *B. C. D. E. om.* — 4) *A.* jure canonico. — 5) *D. E. add.* in omni causa necessaria. — *Joannes Andreae l. in Prol. not. 4. cit. habet titulum:* S. i. advocatorum ecclesiastici fori. — 6) *D.* Dum. — 7) *B. om.* — 8) *E.* vitae. — 9) *D.* suadet. — 10) *C.* inherentes. — 11) *E.* extolletes decesserunt. — 12) *B.* in. — 13) *A.* om. — 14) *E. om.* — 15) *B.* suisque *pro* e. s. — 16) *E.* cautam *pro* e. v. — 17) *B.* singularium. — 18) *E.* utilitate. — 19) *A.* vel.

thoracibus, et gladiis niterentur [20]), et [21]) parentes et [22])
Fol. 1b patriam conservarent [23])|. Verum nonnulli propter juris imperitiam, nonnulli etiam, quos limen [24]) disciplinatus adhuc contingit, propter exercitium, quod non habent, tanquam inermes [25]) quoad theoricam [26]) et quoad practicam, vel quoad alterum, in tali militia militantes, et actorum advocati sua spe in causis actores interdum decipiunt [27]), et [28]) reorum patroni in [29]) eorum defensionibus sua fiducia fallunt [30]) reos.

Ego quidem [31]) Bonaguida [32]) de Aretio [33]), judex, licet immeritus [34]) et insufficiens, canonici juris [35]) professor, haec [36]) attendens, ad rogatum [37]) et instantiam plurium scholarium meorum, virorum [38]) nobilium, et utilitatem communem advocatorum, in ecclesiastico foro militantium, praesens opus aggredior, recognoscens, quod, tanquam homo rudis, et minus [39]) idoneus, ad portandum tantae sapientiae molem, adhuc existens in
Fol. 1c primis legum cunabulis, mediocri [40]) erudi|tione quasi [41]) eruditus ad arcana [42]) juris properare, vel ad hoc accedere non auderem. Sed erectis manibus ad coelum de illius [43]) auxilio spero, et praesens opus [44]) assumo, qui dat [45]) affluenter et non improperat [46]), a quo omnis modus [47]) poëticae locutionis, et [48]) quaelibet decorae

20) *B.* interentur th. e. g. *C.* uterentur. *E. praem.* pariter. — 21) *D. praem.* et patrem. — 22) *E.* in. — 23) *A.* conservare. *B.* defensarent. *C.* observarent. — 24) *E.* lima. — 25) *E.* inherentes. — 26) *D.* toracem. — 27) *D. E.* d. i. — 28) *C. om.* — 29) *A.* et. — 30) *C.* f. s. fi. — 31) *B.* quidam magister. — 32) *A.* bona gra. *B.* bona juncta. *D.* Bonaguidus. — 33) *B.* doctor Bononiae *pro* d. A. *C. D. E. om.* d. A. — 34) *C. D. E.* incautus. — 35) *C. D. E.* j. c. — 36) *C. D. E.* hoc. — 37) *C.* regnum. *D. E.* ad i. e. rogamen. — 38) *D. om.* — 39) *E. om.* e. m. — 40) *C. praem.* et. — 41) *D. om.* — 42) *A.* archam. — 43) *E.* ipsius. — 44) *C.* opusculum *om.* assumo. — 45) *B. add.* omnibus. — 46) *Ita Codd. omnes: verbum in lexicis non legitur: sed* improperanter *occurrit apud Dufresnium s. v., quod, quamvis sensum funderet, tamen per conjecturam textui intrudere non ausus sum.* — 47) *D. E. om.* — 48) *C. D. E. om.*

pronuntiationis [49]) varietas sumsit exordium [50]). — Hoc [51]) igitur opus in quinque partes divisi, et in earum [52]) qualibet particula [53]) non falerata verba [54]) vel exquisita [55]), sed usitata [56]) et prout judiciorum frequentissimus ordo exercuit [57]), et longa in causis consuetudo approbavit, usum quotidianum et utilem quoad exercitium tantum amplectens, apposui: tractans ea solummodo [58]), in quibus magis ambigebatur [59]) in causis. Prima [60]) particula allegationum principia seu primordia docet. Secunda libellos, prout fiunt de facto [61]), interserit. Tertia [62]) super formandis recusationibus judicum [63]) et exceptionibus advocatos instruit. Quarta positiones [64]) annectit. Quinta | Fol. 1d petitiones format, secundum quas a Romanae ecclesiae culmine frequenter litteras impetrari contingit [65]). Ceterum [66]), quia novum opus limam correctionis exposcit, peritorum correctioni ipsum subjicio et expono, ut, si in hoc prato aliquid [67]) spinosum, neglectum [68]), vel diminutum invenerint [69]), ad majorem indaginem et utilitatem [70]) reforment [71]), et ad ordinem moderatum [72]) reducant, non imperitiae meae, sed negligentiae vel occupationi potius adscribentes.

49) *B. om.* et — pronunciationis. — 50) *C. add.* XXXVII. di. legimus. 7. §. sed contra. 2. — 51) *B. novum praem. titulum*: De divisione istius operis. *Idem citatur ap Joannem Andreae l. in Proleg. not. 4. laudato.* — 52) *B.* eorum. *C.* eo. — 53) *E. om.* — 54) *C. om.* — 55) *B. D. E.* v. e. verba. *C. habet* acquisita. — 56) *C.* et inusitata. *D. E.* suscitata *pro* s. u. — 57) *B.* e. o. *C. D. E.* o. f. e. — 58) *E.* s. e. — 59) *C.* ambigitur. *E.* ambigeatur. — 60) *A. in margine habet numeros 1 — 5 rubro et caeruleo colore distinctos.* — 61) *E.* d. f. fiunt. — 62) *D. E. praem.* in. — 63) *A. D.* judicium. — 64) *B.* petitiones. — 65) *C.* c. i. — 66) *A.* primum. *B.* demum. — 67) *D. E.* quid precor *pro* in — aliquid. — 68) *C. praem.* vel. — 69) *C.* inveniunt. *E.* invenerat. — 70) *D. E. om.* e. u. — 71) *C.* reformantes. — 72) *C.* reformatum.

De moribus advocatorum. Tit. 1.

Si autem advocatus actoris habet aliquid [1]) proponere coram judice, surgat tanquam discreta [2]) persona, et ad locum accedat in quo ab omnibus [3]) astantibus videatur, et neminem contemnat, sed quemlibet videatur [4]) revereri, et inclinato capite et extracto [5]) birreto vel capucio petat licentiam a judice [6]) dicendi, ut videatur magistratus [7])
Fol 2 insignia revereri ||, sicut docet lex: ff. de postulando. 3, 1. l. 1. §. casum. in 5. Stare autem debet, non [8]) sedere, quia sibi [9]) necessitatem standi [10]) elegit [11]), et contemsit jus sedendi, C. de postulando. 2, 6. quisquis. 6. § [12]). f. Et tunc, si judex dederit ei [13]) licentiam retinendi birretum vel capucium, retineat [14]): aliter non audeat hoc [15]) sine licentia. His [16]) praemissis stet cum gravitate debita curialiter, non [17]) indiscrete vel arroganter, ut [18]) videatur veterem [19]) et bene fundatam peritiam habere, ff. de jure patronatus. 37, 14. divi fratres. 17., quia res informata caret privilegio [20]), arg. C. de vetere jure enucleando. 1, 17. l. 1 [21])., ff. de acquirendo rerum dominio. 41, 1. quidquid. 27. Nam cum quis majori ratione [22]) nititur, majoris auctoritatis verba [23]) ejus [24]) esse [25]) videntur, di. 20. §. 1. Et [26]) circa tria praecipue se maturum [27]), morigerum [28]), et virum [29]) discretum ostendat: in [30]) voce, in vultu et [31])

1) *D.* a. h. — 2) *D. praem.* discretus. *E. habet* p. d. — 3) *C.* hominibus. — 4) *A.* videat. — 5) *C.* abstracto. — 6) *C.* a. j. l. — 7) *B.* ingratus. — 8) *C. D. E. praem* et. — 9) *A.* sic. 10) *D. E.* st. n. — 11) *A.* eligit. — 12) *B. om.* casum — §. — 13) *A.* sibi. — 14) *B.* teneat. — 15) *D. add.* facere. *E. om.* hoc. — 16) *C. D. add.* ita. *E. add.* itaque. — 17) *C. praem.* et, *et habet c. D. E.* indecenter. — 18) *C.* et. — 19) *B.* vet. v. — 20) *D. E.* p. c. — 21) *Codd. B. C. D. E. om.* arg. — 1. — 22) *E.* hoī. — 23) *B. om.* — 24) *C. D. E.* sua. — 25) *E. om.* — 26) *B.* ut. *C.* ubi. — 27) *E.* maculatum. — 28) *B. C. D. E.* morigeratum. — 29) *A.* unum. — 30) *C. praem.* scilicet. — 31) *B. om.*

in gestu [32]). In voce: ut vocem non plus debito deprimat [33]) vel calcet [34]), quia medium | tenendum est, extra [35]) de officio custodis. 1, 28. c. 1 [36]), et de officio judicis [37]) delegati. 1, 29. quaerenti. 26. Et [38]) sicut [39]) exceditur in eo, quod est amplius [40]), ita in eo, quod est minus, 51. di. qui [41]) in aliquo. 5. In vultu: ut vultum affabilem et jucundum judici et [42]) astantibus ostendat [43]), ut [44]) reddat eos benevolos sibi. Nam humilem [45]) et benevolum [46]) debet se [47]) ostendere advocatus, arg. ejus, quod legitur, C. de officio civilium judicum. 1, 45. in una. 1. In [48]) gestu: ut caput, manus [49]), vel pedes non ducat [50]). Nam gravitatem quoad [51]) omnia, et mentis maturitatem debet ostendere, argumento ejus, quod legitur 41. di. episcopus. 7., attestante quidem philosopho: pronuntiatio est vocis et vultus moderatio cum venustate [52]). Habeat insuper advocatus vestes congruentes [53]), et condecentes suo officio, nimia brevitate vel longitudine non notandas, extra de vita et honestate [54]) clericorum. 3, 1. clerici [55]). 15., quia nec affectatae sordes nec exquisitae [56]) | divitiae [57]) laudes pariunt, Fol. 2c
41. di. 1. Appellabantur [58]) olim togati pro eo, quod togatas [59]) sive talares vestes habebant, C. de episcopali audientia. 1, 4. nemo. 15. Incipiat ergo [60]) sic.

Fol. 2b

32) *D. E.* gestu et vultu *pro* in v. — gestu. — 33) *B.* depr. d. — 34) *B. C. D. E.* exaltet. — 35) *D. E. praem.* ut. — 36) *B. om.* 1. — 37) *C. om.* — 38) *B.* quia. *C. praem.* qualibet verborum superfluitate depulsa, sub compendio. — 39) *A. E.* s. *bis habent.* — 40) *B.* a. e. — 41) B. quod — 42) *D. E. om.* j. e. — 43) *B.* o. j. e. a. *E. habet* offerat. — 44) *C.* et. — 45) *B. add.* sibi. *D. E. om.* humilem et. — 46) *B.* benignum. *C. D. E. add.* et jucundum. — 47) *C.* s. d. — 48) *C.* item. — 49) *C. D. E. praem.* vel. — 50) *E. om.* n. d. — 51) *B.* ad. — 52) *B. C. D. E. om.* attestante — venustate. *A. om.* et. — 53) *D. E.* continentes. — 54) *A.* hodie. *B. C. om.* clericorum. — 55) *C. add.* §. quia. — 56) *C. D. E.* acquisitae. — 57) *A. in marg. a sec. manu* deliciae. *D. E. om.* — 58) *B. add.* autem. *C. add.* enim. — 59) *C.* togas. — 60) *E.* igitur.

De exordiis advocatorum [1]). *Tit. 2.*

Primum exordium [2]). Blanditiis abstinere philosophicum est [3]) temperamentum: in [4]) corpore [5]) Auth. quibus modis naturales [6]) efficiantur sui. 7, 1. circa medium constitutionis illius [7]). (Nov. 89.), considero compendium brevitatis [8]), C. de Justinianeo codice [9]) confirmando. l. 1. Ad illuminandam veritatem adminicula verborum depello, C. si quis ab hereditate abstinuerit [10]). 6, 39. l. 1. Usum [11]) quotidianum in causis approbo, C. de judiciis [12]). 3, 1. certi. 17. Reprobo [13]), quae extrinsecus proponuntur, et quae [14]) nil ad praesentem actum pertinent, veluti [15]): arma virumque cano [16]), ff. de verborum [17]) obligationibus. 45, 1. quae [18]) extrinsecus. 65. Ultimo, me insufficientem reputo velut [19]) Nerva [20]) filius, ff. de postulando. 3, 1. l. 1 [21]). §. initium [22]). 3.
Fol. 2d Cum igitur | aetas deficiat, scientia, si qua est, delitescat [23]), et sedens in medio non desideret salutationes [24]) in foro, nec [25]) vocari ab hominibus [26]) Rabbi. His excusatus [27]) rogo, quod [28]) mihi parcat, si suae commendationi et astantium non insisto, audiat me benigne, sicut docet [29]) lex ff. de his, quae in testamento delentur.

1) *B. D.* de exordio a.: *et B. add.* et primo de advocato actoris. — 2) *Codd. B. C. D. E. om.* P. e. *et eodem modo in sqq.* — 3) *D. E.* e. p. — 4) *C. praem.* ut. — 5) *B. om.* — 6) *C. om.* — 7) *Pro* c. i. *B.* quaestionis. *C.* in jus introëuntes. *D. E. om.* illius. — 8) *B.* lenitatis. — 9) *A. om.* — 10) *Ita omnes codd. Tit. non legitur: apposui numerum tit.* si omissa sit causa testamenti. — 11) *C.* usumque. — 12) *C. D. E.* de condictione indebiti *pro* d. j. — 13) *B. add.* autem. — 14) *B. C. D. E. om.* — 15) *B. add.* illud. — 16) *B. om.* que cano. — 17) *A. add.* juris. — 18) *A.* qui. — 19) *A. B.* veld'. — 20) *B.* terrae. *E.* irma. — 21) *A. add.* s. *et* §. *signum habet ante* Cum. — 22) *A. praem.* cum. 23) *A.* delirescat. *B.* delicescat. *C.* delucescat. — 24) *B.* salutatione. — 25) *B. D. E.* vel. — 26) *D.* omnibus. — 27) *B.* excusatis. *D.* accusatus. — 28) *B. add.* sua benignitas. — 29) *D. E.* dicit.

28, 4. proxime. 3., quia nemo invito auditore [30]) libenter refert, 6. q. 1. ex [31]) merito. 13. Unde [32]) de vestra licentia, domine, sub compendio venio ad quaestionem, quae talis est etc. Proponat prius factum et [33]) insuper jus [34]) alleget [35]), ff. de jure codicillorum. 29, 7. quidam referunt. 14., et [36]) ad idem extra de postulatione. 1, 5. bonae. 4. Praedicta [37]) praefatione utatur [38]) advocatus peritus in jure civili, et quando vult copiose allegare. Si autem est simplex canonista, utetur [39]) praefationibus, quas inferius in hac particula [40]) ponemus. — Surgat advocatus rei, et reprehendat advocatum actoris sub quodam colore honesta||tis, et servet, antequam incipiat, in Fol. 3a
sua persona omnia [41]), quae dicta sunt supra [42]) in advocato actoris, et utatur paucis [43]), pro eo, quod animus judicis et astantium gravatus est [44]) ab advocato actoris, et incipiat [45]) sic.

Secundum exordium [46]). Attendo, quod non [47]) multum necessaria sunt [48]) monimenta verborum, C. de appellationibus. 7, 62. ampliorem. 39. Nec legatarius debet onerari per singula rerum [49]) momenta, ff. ut [50]) in possessione legatorum. 36, 4. si [51]) is a quo. 3. §. fin. Considero secundo [52]), quod sedens in medio [53]) non verbis desiderat prosperari [54]), sed moribus. Nam saepius [55]) famae alicujus [56]) detrahitur, si plus, quam expediat, commendetur [57]). di. 29. necesse [58]). 3. Paucis [59]) ergo

30) *D.* i. a. n. — 31) *A.* et. — 32) *B. praem.* et Salamo dicit in ecclesiastico: ubi non es auditus, non effundas sermonem tuum. — 33) *D. E. add.* postea. 34) *B. C. om.* — 35) *C. add.* ut. 36) *B. E. om.* — 37) *C.* Item postea. *D. E.* postea. 38) *D. E.* u. p. — 39) *B. C.* utatur. — 40) *B. om.* i. h. p. — 41) *B. om.* — 42) *D. om.* s. s. *E. om.* s. — 43) *B. E. add.* verbis. — 44) *C.* e. g. *D. om.* est. — 45) *B.* incipiet. — 46) *B. habet inscr.:* arenga advocati rei. *C.* exordium rei. — 47) *C. om.* — 48) *D. om.* — 49) *E. om.* — 50) *E.* ut ff. — 51) *B. om. C.* nec. — 52) *B.* etiam. — 53) *B.* i. m. s. — 54) *Codd.* ꝑſ̃pari. — 55) *E.* saepe aliquid. — 56) *E.* ꝑm. — 57) *B.* commendatur. — 58) *A.* XCIX ecce. *D. E.* ecce. — 59) *C. praem.* actis. *D. E. habet* actis.

utar [60]) omissa commendatione vestrae [61]) personae et astantium de licentia vestra [62]). Nam attendo, quod melius est, pauca idonee effundere, quam multis inutilibus homines [63]) praegravari [64]), C. de veteri jure enucleando [65]). 1, 17. l. 2. §§. sed. 11. et, si quid [66]). 14. Unde licet
Fol. 35 multa sint proposita et satis eleganter per advoca|tum partis adversae, et ejus auctoritas et ratio [67]) me moveat, a Servio [68]) tamen non [69]) dissentio, id est [70]) a jure, cui servio [71]). Nam licet auctoritas Tuberonis [72]) magna fuerit, tamen jurisconsultus propter hoc a Servio [73]) non dissentit [74]), ff. de suppellectile legata. 33, 18. Labeo. 7. Nec vos a [75]) Servio [76]), id est a jure dissentire debetis. Parum [77]) esset, si essent jura [78]), nisi essent magistratus [79]), per quos jura redduntur [80]), ff. de origine juris. 1, 2. l. 2. §. post. 13. Patronus enim [81]) partis adversae fovet malam causam, et ideo verbis eam [82]) juvare [83]) desiderat, cum jure [84]) vel juris beneficio non juvetur. Verum tamen sibi non imputetur [85]) sed causae, sicut non [86]) imputatur [87]) magistro, sed materiae [88]), si gemma sit [89]) fracta, quae in [90]) annulo [91]) includenda fuerat, ff. locati. 29, 2. item quaeritur [92]). 13. §. si gemma. 5. Rogo igitur, quod [93]) non pulchritudinem verborum consideretis, sed veritatem rei; et [94]) quia veritati et juri

Fol. 16d tis [47]) |. 47. et [48]) de causa possessionis et proprietatis [49]). 2, 12. cum ecclesia. 3. Cum vero [50]) quis est [51]) electus sive [52]) praesentatus a patronis vel [53]) popularibus vel simul tam a patronis quam [54]) parochianis, sic libellum concipiet [55]). *Libellus.* Coram vobis, domino M. [56]) episcopo Aretino [57]) ego Sempronius peto, electionem sive praesentationem de me factam ad regimen ecclesiae sancti Martini in Confluentia [58]), per eos, ad quos [59]) tam de jure quam de consuetudine approbata [60]) electio seu praesentatio spectat [61]), per vos et vestrum officium confirmari et [62]) admitti et approbari et me [63]) in eadem ecclesia institui [64]) et [65]) institutum defendi. Vel sic, et [66]) brevius. *Libellus* [67]). Constitutus coram vobis, domino M. [68]) episcopo Aretino [69]), ego Maenius [70]) electionem sive praesentationem de me canonice factam in rectorem

41) *B. add.* autem. — 42) *Codd. h. l. habent* p., *quae est sigla Placentini, cf. Sabiniacum l. c. T. V. p. 214. Placentini sententiam refert Accursius in glossa ad l. 2. D. 8, 5. sub litt.* q. *ad voc.*: qui negat. — 43) *D.* pla. *ceteri* p. — 44) *A. B. om.* vel non tollendi. — 45) *B. om.* l. 2. — vindicetur. — 46) *C.* notari. — 47) *D. E.* constitutus. — 48) *C. om.* de — et, *et ponit post* ecclesia. — 49) *B. om.* e. p. — 50) *D. om.* — 51) *C.* e. est. *E.* esset. — 52) *A.* quis est *et* sive *habet transposita.* — 53) *C. D. E. add.* a. — 54) *B. C. D. E. add.* a. — 55) *C.* concipiat. — 56) *A. om.* — 57) *B.* Bononiensi. — 58) *B. C. D. E.* sanctae Mariae. *C.* influ. — 59) *D. E. add.* spectat. — 60) *D. E. om. et ponit post* spectat. — 61) *C. ponit* s. *post* quos. *D. B. add.* electionem seu praesentationem. — 62) *E. om.* — 63) *C. praem.* ad. — 64) *E.* constitui. — 65) *D. add.* per censuram ecclesiasticam. — 66) *B.* formabit libellum. — 67) *C. E. om.* Vel — Libellus. *D. om.* Vel — brevius. — 68) *A. om.* — 69) *B.* Bononiensis eclesiae. *C. om.* — 70) *B.* talis. *D.* Acursius, *et cum E. pro* e. s. p. *habet* electus seu praesentatus electionem.

ecclesiae [71]) sancti Joannis [72]) confirmari et [73]) admitti et approbari peto, et in eadem [74]) institui, et per censuram ecclesiasticam [75]) institutum defendi. Haec forma || et pro- Fol. 17a
xime posita supra [76]) probatur [77]) extra de electione. 1, 6. querelam. 24., de [78]) jure patronatus. 3, 38. consultationibus. 19., 16. q. ult. decernimus [79]). 32.

Qualiter concipiantur libelli [1]) *super jure* [2]) *patronatus.* *Tit. 5.*

Posito [3]), quod aliquis emit [4]) castrum aliquod, vel villam aliquam, vel recepit [5]) ad firmam, vel jure [6]) successionis [7]) ad eum pervenit, vel [8]) quocunque titulo; in quo castro, sive [9]) in qua [10]) villa est [11]) ecclesia sancti Martini [12]) nunc rector [13]) ecclesiae non recipit eum pro patrono. Formabit [14]) contra eum sic libellum. *Libellus* [15]). Conqueritur Petrus, miles, de presbytero R., rectore [16]) ecclesiae sancti Martini [17]) de Lucerina, quod, cum ipse P. dictum castrum emisset [18]), in quo praedicta [19]) ecclesia sita est [20]), ipse rector eundem [21]) pro patrono dictae [22]) ecclesiae [23]) recipere recusat [24]). Quare

71) *D.* in ecclesia. — 72) *B.* talis ecclesiae. — 73) *B. C. D. E. om.* — 74) *B.* eas. — 75) *Pro* e. p. c. a. *A.* et partem et, *duobus primis verbis punctis deletoriis notatis. B.* et partem ec. *C.* et per ēē ecclesiae. *D. E. om. haec verba.* — 76) *C.* sumpta. — 77) *D.* de probatio. — 78) *B. praem.* et. *C.* et extra. — 79) *A. B.* decrevimus.

1) *C.* concipiatur libellus. — 2) *A. om. D.* jura. — 3) *A.* ponit, *et* pone *a sec. manu.* — 4) *D.* emerit. — 5) *E. om.* aliquod — recepit. — 6) *D. E. add.* vice. — 7) *B. add.* vel. *C. habet* succedendi. — 8) *B. om.* — 9) *E.* vel. — 10) *D. E. om.* i. q. — 11) *B. add.* sita. — 12) *B.* N. *C.* Marchi. — 13) *B. add.* illius. *C. habet* praetor *et om.* ecclesiae — patrono. — 14) *A.* firmabit *B. add.* ergo. — 15) *A. E. om.* — 16) *E. om.* — 17) *B.* N., *om.* d. L. *C. habet* Marci de Luciger. *D. E.* de tali loco. — 18) *D.* emerit. *et habet post* est. — 19) *D. E.* dicta. — 20) *D. E. add.* vel ad firmam receperit. *E. praem. de novo* emerit. — 21) *D. E. om.* — 22) *B. add.* suae. — 23) *Pro* pro — ecclesiae. *C.* patronum dicta ecclesia. *D. E. add.* ipsum. — 24) *C.* recusavit. *E. om.*

petit, eum [25]) ab ipsa injuria prohiberi, et compelli, quod ipsum P., tanquam suum [26]) et ipsius ecclesiae patronum, recipiat [27]) et admittat. Unde jus [28]) etc.
Fol. 17b Praedicta | forma petendi [29]) probatur sic. Si emit ille miles [30]) castrum illud, vel quocunque alio titulo [31]) ad eum pervenit, non excepto jure patronatus, jus [32]) patronatus [33]) transivit cum universitate, extra de sententia et [34]) re judicata. 2, 27. cum Bertoldus. 18., de [35]) jure patronatus. 3, 38. ex litteris. 7., et c. cum saeculum [36]). 13., ff. de contrahenda emtione. 18, 1. in modicis [37]). 24. Nam quaedam sunt, quae per se non transeunt, sed cum universitate, de acquirendo rerum dominio. 41, 1. quaedam [38]). 62: secus in quibusdam rebus [39]), quae [40]) obligatione generali non transferuntur, ff. [41]) de pignoribus. 20, 1. obligatione. 6., et [42]) l. sequenti. 7. Si [43]) autem vult agere patronus adversus [44]) aliquem, electum forsan ab alio [45]) patrono, vel parochianis, isto patrono inconsulto, qui erat in possessione vel quasi praesentandi, sic libellum concipiet [46]). *Libellus* [47]). Petit [48]) patronus ecclesiae sancti Martini [49]), electionem factam de Sempronio [50]) ad ipsam ecclesiam cas|sari, cum facta
Fol. 17c fuerit [51]) eo [52]) inconsulto, qui erat in possessione vel quasi eligendi seu praesentandi [53]) rectorem ad ecclesiam [54]) supradictam [55]). Unde jus etc. Haec forma petendi [56]) probatur extra de sententia et [57]) re judicata.

25) *E.* ipsum. — 26) *B. om.* quod suum. — 27) *D. E.* r. p. — 28) *C.* vos. — 29) *A. om.* — 30) *E. om.* — 31) *D. E.* t. a. — 32) *B. praem.* ergo. — 33) *D. om.* j. p. — 34) *C. om.* s. e. — 35) *B. praem.* et. — 36) *C.* olim. *E.* secundum. — 37) *D.* modicum. — 38) *C.* quidam. — 39) *Pro* secus — rebus *C.* ff. de re. *Pro* s. i. *D. habet* l. *E. autem habet* l. quibusdam ff. de rebus. — 40) *D. E.* quaedam. — 41) *D. E. praem.* ut. — 42) *E. om.* 43) *D. praem.* libellus. — 44) *E.* contra. — 45) *C. D. E.* aliquo. 46) *B.* c. l. *C.* concipitur libellus. — 47) *C. E. om.* — 48) *B. add.* p. miles. *D. E. add.* M. — 49) *B.* n. *C. D. E.* sanctae Mariae. — 50) *B.* tali. — 51) *C.* sit. — 52) *B.* ipso. — 53) *A. om.* seu praesentandi. *D. E. habent* repraesentandi in. — 54) *D.* ipsam. *E. praem.* ipsam. — 55) *B.* talem. — 56) *D. add.* probandi. — 57) *C. om.* s. e.

2, 27. cum Bertoldus[58]). 18., de[59]) jure patronatus. 3, 38. consultationibus. 19. 16. q. ult. decernimus[60]). 32. cum multis concordantiis suis[61]).

De formatione libellorum [1]) *super decimis* [2]).

Tit. 6.

Si rector alicujus ecclesiae vult agere adversus[3]) parochianum suum vel alium, qui non sit parochianus, quoad aliqua[4]) jura parochialia, et petere decimas, quas detinuit, et quod in futurum solvat, sic formabitur libellus[5]). *Libellus.* Conqueritur presbyter Rainaldus[6]), rector ecclesiae sancti Martini[7]), de Sempronio, filio quondam Titii[8]), petens ab eo nomine et vice[9]) praedictae ecclesiae decem corbes frumenti, quod frumentum[10]) sibi presbytero R.[11]) debet pro decimis retentis sibi[12]) et ecclesiae suae per duos annos de terris suis sive[13]) possessio|nibus, quas laboravit et[14]) colit nunc Fol. 17*d*
infra fines suae parochiae[15]): vel, quando parochia non est limitata[16]), dicet, infra fines suarum decimationum, et petit[17]), eum compelli[18]) ad solutionem decimarum[19]), de[20]) terris illis[21]) ipsi presbytero R.[22]) et ecclesiae suae

58) *A.* Bertuldus. — 59) *C. praem.* et extra. — 60) *A.* decrevimus. — 61) *B. om.*

1) *C.* libelli. — 2) *B. add.* facta a rectore ecclesiae contra parochianum suum. — 3) *D. add.* aliquem. — 4) *A. B. C.* alia. — 5) *B. C. E.* formabit libellum. *C.* formabis libellum. — 6) *Pro* p. R. *B.* talis p. *A.* Ranaldus. *C. D. E.* R. — 7) *C. E.* sanctae Mariae. *D.* sancticiliae. — 8) *Pro* rector — Titii *B.* talis ecclesiae de tali. *Pro* f. q. T. *B.* quondam Bertini. *D. E.* q. f. T. — 9) *B. add.* suae. *C. habet* e. suae p. *D.* ecclesiae supradictae. *E.* e. p. — 10) *A.* fructum. *D. E.* quos *pro* q. f. — 11) *B.* n. *C. D. E. om.* p. R. — 12) *D. om.* — 13) *D.* sint. — 14) *C. D. E.* laborat. *C.* vel *pro* et. — 15) *D. E.* p. s. — 16) *E.* limata. — 17) *A.* in *textu habet* potest: *in marg. correctum.* — 18) *A. jam add. quae infra leguntur* Haec — laicus, *adscripto* vacat. — 19) *E. om.* — 20) *B.* pro. — 21) *E.* istis. — 22) *B.* n. *C. om.* presbytero. *E. add.* c. ult.

Fol. 18c liatorum. 2, 13. audita. 4., in [96]) Inst. de interdictis 4, 15. retinendae. 4.

De formatione libellorum [1]) *super sponsalibus vel* [2]) *matrimonio* [3]), *et* [4]) *impedimentis eorum* [5]). *Tit. 7.*

Videndum [6]) restat, qualiter advocatus formet sive libellum [7]) concipiat contra virum, quando mulier vult eum vindicare in maritum, cum quo per verba de praesenti contraxit, et fuit secuta copula [8]) carnis [9]). *Libellus* [10]). Conqueritur Gemma [11]) mulier de Bertoldo [12]), petens, eum sibi adjudicari in maritum, et eum [13]) compelli, quod [14]) eam recipiat, et conjugati tractet [15]) affectu, cum sit maritus ipsius [16]) per consensum [17]) legitimum [18]) de praesenti et carnis copulam subsecutam [19]). Et petit, ante [20]) omnia sibi [21]) prohiberi, quod nullam faciat innovationem in praejudicium causae vel jurisdictionis nostrae [22]), causa [23]) vel lite pendentibus [24]) coram vobis. — Vel sic concipietur [25]). *Libellus* [26]). Petit Gemma [27]) Titium in suum virum [28]), cum quo matrimo-
Fol. 18d nium legitime | contraxit per verba de praesenti [29]), au-

96) *E.* et.

1) *D.* formationibus *pro* f. l. — 2) *B.* et. — 3) *B. D.* matrimoniis. — 4) *D.* vel. — 5) *C.* Qualiter formetur libellus super matrimoniis et impedimentis eorum. *B. ponit titulum post primam ejus periodum.* — 6) *B.* idem. — 7) *B.* l. s. *C.* c. l. *D.* l. suum sive c. *E.* sive l, suum c. — 8) *D.* c. s. — 9) *B. C. D. E.* carnalis. — 10) *D. om.* — 11) *C.* talis mulier Berta. — 12) *C.* Bertrando. — 13) *D. add.* arctari et. *E. add.* arctari *post* maritum. — 14) *E.* ut. — 15) *B.* pertractet. — 16) *B.* ejus. — 17) *D.* consequens ut. — 18) *B.* suum. — 19) *B.* carnalis copula sit subsecuta. *C. D. E.* carnali copula subsecuta. — 20) *D.* eum. *E. praem.* eum. — 21) *D. om.* — 22) *C.* judicis nostris. — 23) *D. E.* causae. — 24) *B. E.* pendente. — 25) *B.* potest concipere libellum: *C. D.* incipiet. *D. add.* libellum. *E.* concipiet libellum. — 26) *D. om.* — 27) *B. add.* mulier. — 28) *B. D.* v. s. — 29) *B.* d. p. per v.

nuli[30]) dationem[31]), et carnis[32]) copulam subsecutam[33]), et ideo eum petit[34]) sibi adjudicari in maritum, et compelli, quod[35]) eam in exhibitione[36]) necessariorum et aliis maritali affectione[37]) pertractet. Haec[38]): probantur[39]) extra de conversione conjugatorum. 3, 32. dudum 20. in principio, et[40]) de sponsalibus. 4, 1. tuae 25. et c. si inter[41]). 31., ff. de verborum obligationibus. 45, 1. l. 1., extra[42]) de re judicata. 2, 27. lator. 7., et c. consanguinei. 11. — Si[43]) promisit aliquis alicui mulieri[44]), quod eam retineret in vita sua pro uxore, petit[45]) sic mulier. *Libellus.* Conqueritur Bertha mulier de Titio, qui, cum promisisset eidem mulieri, quod eam teneret[46]) in vita sua pro uxore[47]), nunc[48]) eam recipere et retinere[49]) recusat. Unde petit, eum sibi adjudicari[50]) in maritum, et compelli, quod[51]) eam recipiat et tractet[52]), sicut tractare et retinere vir suam debet[53]) uxorem. Haec forma probatur extra[54]) de sponsalibus. 4, 1. ex parte. 9. Nam[55]) matrimonium per verba de praesenti contrahitur, vel per || alia[56]) aequipollentia, ut in c. ex parte. 4, 1. 9., Fol. 19a
extra de sponsalibus[57]). 4, 1. si inter. 31. Ut autem superfluitatum[58]) paleis rejectis[59]) ventilabro sollicitudinis nostrae[60]) grana in horreis[61]) tuis recondas, attende, quae sunt illa verba[62]) de praesenti, quibus[63]) matrimo-

30) *E. praem.* et. — 31) *B. C.* datione. — 32) *C. D. E.* carnalem. — 33) *B.* subsecuta. — 34) *C.* p. e. *E. habet* sibi *ante* petit. — 35) *C. praem.* et. — 36) *D.* exhibitionem. — 37) *D. E.* affectu. — 38) *B. add.* et alia forma scilicet proxime dicta. — 39) *A.* probatur. *C. habet* forma probatur. *D. E.* hoc probatur. — 40) *A. om.* — 41) *Pro* s. i. *D. E.* fraternitatem. — 42) *B.* et. *et verba* ff. — l. 1. *ponit post* consanguinei. — 43) *B. add.* autem. — 44) *D. E.* uxori. — 45) *C. D. E. praem.* et. — 46) *A.* teneretur. — 47) *B. C. D. E.* retineret. *B. add.* legitima. — 48) *A.* juvit *et in marg. a sec. manu* nunc. — 49) *B.* retinere et r. — 50) *D.* a. s. — 51) *D.* ut. — 52) *A. om.* recipiat et, *habetque* pertractet. — 53) *C.* d. v. s. *D. E.* v. d. t. s. u. *om.* et retinere. — 54) *A. om.* — 55) *D. E. add.* quandoque. — 56) *B. C. add.* verba. *C. om.* alia. — 57) *Pro* e. d. s. *B.* et c. — 58) *B.* superfluitatis. *D. E.* superfluitatem. — 59) *C.* resecatis rejectis. — 60) *C.* tuae. — 61) *B.* coreis. — 62) *C.* v. i. — 63) *C. praem.* de.

nium contrahitur. Et sunt haec. Consentio[64]) in *te*, sicut in meam uxorem: vel[65]), volo te in uxorem[66]): vel, recipio te in uxorem: vel, placet mihi te habere in[67]) uxorem: vel, promitto[68]), quod te retinebo[69]) pro mea uxore[70]): vel, promitto[71]), quod tibi servabo fidem[72]) in vita mea, sicut uxori[73]), in quo casu puto matrimonium esse: vel, volo, quod ab hac hora in antea sis mea uxor et ego tuus vir. Vel[74]), per immissionem[75]) annuli secundum quosdam, etiam sine verbis; quod quidem exaudio verum[76]) fore, quando tractatus[77]) de matrimonio contrahendo inter eos probatur praecessisse[78]) rationem[79]) annuli, vel, cum indicia manifesta vel conjecturae cer-
Fol. 19b tae[80]) praecesserunt[81]) missionem annuli[82]); et sic intelligo extra de re judicata. 2, 27. lator[83]). 7., et[84]) de praesumtionibus. 2, 23. illud. 11., de[85]) sponsalibus[86]). 4, 1. tuae. 25., 30[87]). q. 5[88]). nostrates. 3. et c. feminae. 7. Interdum[89]) dicitur sic: mitto tibi annulum, ut tu[90]) sis mea uxor et ego tuus vir: et[91]) tunc est matrimonium, non[92]) tantum annuli datione[93]), quantum prolatione[94]) verborum, quae sine annulo per se sufficerent. Interdum[95]) dicit[96]): nolo nisi[97]) te in meam uxorem; quae[98]) verba sic expono: id est[99]), volo te et non[1])

64) *B. praem. inscr.:* Quibus verbis contrahitur matrimonium per verba de praesenti. — 65) *E. om. et sic in reliquis usque ad* promitto. — 66) *B. add.* meam habere. *C. om.* vel — habere. — 67) *B. add.* meam. — 68) *B. add.* tibi. — 69) *D.* r. t. — 70) *C.* u. m. — 71) *B. add.* tibi. — 72) *E. add.* sicut. — 73) *E. om.* s. u. — 74) *B. add.* contrahitur matrimonium. — 75) *D. E.* missionem. — 76) *D. add.* matrimonium. — 77) *B.* tracturus. *C.* contractus *om.* contrahendo. — 78) *B.* praecise. — 79) *E.* donationem. — 80) *C. om.* — 81) *C.* praecesserint. — 82) *D. E. om.* vel — annuli. — 83) *B. om.* extra — lator. *E. habet* actor. — 84) *A. D. E. om.* et. — 85) *C. praem.* et. — 86) *E.* facto. — 87) *B.* XXXI. — 88) *E.* VI. — 89) *D. E.* cum. — 90) *C. om. E.* s. t. — 91) *D. om.* — 92) *E. om.* — 93) *B. D.* d. a. *C.* donatione a. *E.* act. annuli. — 94) *D. E.* ad prolationem. — 95) *D.* item. — 96) *B. add.* sic. *D. E. add.* vir. — 97) *C. om. E. habet* t. n. — 98) *D. E. bis* habet. — 99) *B. om.* nolo — est. — 1) *C.* nullam.

aliam, quia communiter homines [2]) sic exaudirent verba illa, extra de sponsalibus. 4, 1. ex litteris. 7. Cum [3]) quis ambigue loquitur, id loquitur, quod ex verbis, quae [4]) significantur, sensus proprius est, ff. de verborum significatione. 50, 16. nepos Proculo [5]). 125., ff. de suppellectile [6]) legata [7]). 33, 10. Labeo [8]). 7. Quod [9]) dicitur in praemissis est verum [10]), cum sequitur responsio [11]) mulieris in continenti, quia verbis contrahitur matrimonium. Unde, sicut verborum stipulatio utroque loquente [12]) contrahitur, ff. de verborum obligationibus. 45, 1. l. 1., et [13]) continuus actus [14]) esse debet [15]) inter stipulantem et promittentem|, ff. de verborum obligatio- Fol. 19c
nibus [16]). 45, 1. continuus. 137., ita [17]) utroque loquente matrimonium debet contrahi [18]), extra de sponsalibus. 4, 1. si inter. 31., de [19]) sponsa [20]) duorum. 4, 4. licet. 3., quia [21]) consensu contrahitur, extra [22]) de sponsalibus. 4, 1. tuae. 25. et c. tua. 26. cum multis juribus ad idem concurrentibus. Attende insuper, quod, si mulier vult petere aliquem [23]) in [24]) virum, et quod cassetur matrimonium, quod ipse postea contraxit [25]) cum alia, prout de facto occurrit [26]) saepius [27]), dicet sic. *Libellus.* Conqueritur Gemma [28]) mulier de Titio [29]) viro suo, petens eum compelli, quod eam retineat, et maritali tractet affectu, cum sit maritus ipsius per consensum [30]) de praesenti et carnis copulam subsecutam [31]), et petit cassari et cassum [32]) pronuntiari [33]) matrimonium, quod postea

2) *A.* omnes. *C. s. h.* — 3) *B. praem.* quia. *C. add.* enim. — 4) *D. E. om. et habent* significatur. — 5) *B. om.* — 6) *B.* libera. — 7) *C. om.* — 8) *E. om.* ff. — Labeo. — 9) *D. E. praem.* et. — 10) *B. C.* v. e. — 11) *B.* responsum. — 12) *A.* loquentem ff. — 13) *Pro* l. 1. et *E.* continuus. — 14) *D. E. add.* interveniens non. — 15) *B. E.* d. e. — 16) *A. om.* — 17) *E. add.* et. — 18) *B. C. D. m.* — 19) *B. D. praem.* et. — 20) *D. add.* impu. 21) *C. add.* cum. — 22) *A. om.* — 23) *D. E.* a. p. — 24) *A. om.* — 25) *C.* c. p. — 26) *E.* concurrit. — 27) *B.* s. o. — 28) *B.* talis. — 29) *C. om.* — 30) *B. add.* legitimum. — 31) *C.* carnali copula subsecuta. — 32) *D. E. add.* et irritum. — 33) *D. E.* nuntiari.

de facto contraxit[34]) cum Bertha[35]), et eis[36]), T. et B., perpetuum[37]) silentium imponi. — Si vero[38]) vult separari ab eo[39]), quod ipse contraxit prius cum Bertha[40]), dicet[41]) sic. *Libellus.* Petit Gemma mulier, separari
Fol. 19d matrimonium, quod de facto | contraxit cum Titio, cum stare non possit, juris auctoritate impediente. Contraxit enim dictus Titius prius legitime cum Maria[42]), adhuc vivente. Unde, dicto[43]) matrimonio inter se[44]), Gemmam et dictum[45]) Titium, cassato, petit[46]) sibi dari licentiam cum alio[47]) in domino[48]) contrahendi. Haec forma[49]) petendi probatur[50]) extra de restitutione spoliatorum. 2, 13. ex transmissa. 8., de[51]) sponsalibus. 4, 1. c. 1. et c. ex parte. 9. et 1. extra de desponsatione impuberum[52]). 4, 1. duo pueri. 12. cum multis[53]) aliis similibus[54]). — Cum mulier fuit[55]) spoliata[56]), et vult petere sibi[57]) virum restitui[58]), dicet sic. *Libellus.* Conqueritur. Petroneta[59]) mulier, uxor Titii[60]), de ipso Titio[61]) viro suo, quod[62]), cum matrimonium cum ea[63]) contraxisset legitime[64]), et ipsam sicut suam uxorem[65]) tractasset, commodo possessionis vel quasi suae personae, cohabitatione, et exhibitione[66]) necessariorum eandem ausu pro-

34) C. c. d. f. — 35) *B.* cum n. contraxit. *E. om.* de facto. — 36) *B.* petit. — 37) *B.* super hoc. — 38) *C. om.* — 39) *D. E. add.* pro eo. — 40) *B. add.* et postea, ipsa vivente, contraxit cum Gemma. — 41) *D.* et d. s. *E.* prius d. s. — 42) *Pro* prius — Maria *B.* cum Gemma, sua legitima Bertha. — 43) *C. D. om.* — 44) *B. om.* — 45) *D.* idem. — 46) *B. add.* Gemma. — 47) *B.* c. a. *habet post* contrahendi. — 48) *D. habet* i. d. *ante* licentiam. *E. om.* i. d. — 49) *A.* formae. *B. D. E.* hae formae. — 50) *B. D. E.* probantur. — 51) *B. D. E. praem.* et. — 52) *Codices om.* extra — impuberum *pro quo habent* c. — 53) *B. om.* — 54) *D. E. add.* concordantiis. — 55) *B.* fuerit. *E. om.* — 56) *B. add.* viro. — 57) C. s. p. *D. E.* s. v. p. et. — 58) *B.* viri restitutionem *pro* s. v. r. — 59) *B.* Gemma. *C. M. A.* Petronecta. — 60) *C. R.* — 61) *C. R.* — 62) *B. C.* qui. — 63) *B.* ipsa. *D. E.* c. cum ea. — 64) *B. add.* per verba de praesenti. — 65) *B. D. E.* u. s. — 66) *B.* cohabitationis et exercitationis.

prio spoliavit [67]), ideoque eum sibi [68]) restitui petit [69]). Probatur [70]) extra de restitutione spoliatorum. 2, 13. ex transmissa. 8. et c. ex conquesti||one. 10. Et est spe- Fol. 204
ciale in hoc possessorio judicio [71]), quod, ipsum intentans, de proprietate docere necesse habet [72]), ut probatur in proximis concordantiis. Et est simile in servitutibus [73]), ubi [74]) debet quis [75]) duo probare, servitutem [76]) constitutam [77]), et se usum [78]) ea [79]) servitute [80]) fuisse, ff. de itinere actuque privato. 43, 19. l. 3. §. hoc autem. 13. Secus generaliter obtinet [81]) in aliis possessoriis judiciis [82]), in quibus probare satis est [83]), se [84]) fuisse in possessione et exspoliatum [85]), extra de [86]) officio judicis [87]) delegati. 1, 29. consultationibus. 10. — Si mulier [88]) aliqua te molestat, dicendo, te suum esse [89]) maritum, sic formabitur libellus [90]). *Libellus* [91]). Petit Titius, Mariam [92]) compelli desistere et cessare ab injuria et molestia, quam sibi facit dicendo falso [93]), ipsum [94]) suum esse [95]) maritum. Unde petit, eam prohiberi a praedictis et sibi [96]) perpetuum silentium imponi: vel, quod probet, si quid [97]) juris habet in eo. Probatur haec forma petendi [98]) C. de ingenuis manumissis. 7, 14. diffama|ri. 5., et [99]) de remissione pignoris. 8, 26. si Fol. 205

67) *B.* abusu s. p. *C.* usu arbitrio s. *D. E.* ausu arbitrio proprio s. — 68) *B.* s. e. — 69) *C. habet* petit *post* ideoque. — 70) *B. C. D. E. praem.* Haec forma. *C. D. E. add.* petendi. — 71) *A.* judicium. — 72) *C.* dicere non habet necesse. — 73) *C.* servitute. — 74) *E. om.* — 75) *D. E.* quis tenetur. — 76) *B. praem.* scilicet. — 77) *D. E.* institutam. — 78) *B.* u. s. *om.* ea. — 79) *Pro* s. u. e. *C.* censum in illa. — 80) *E. om.* — 81) *C.* o. g. — 82) *C.* posset *pro* p. j. — 83) *B. C. D. E.* s. e. p. — 84) *A. om.* — 85) *B. C.* spoliatum. — 86) *D. E. praem.* ff. de itinere actuque privato. l. III. — 87) *B. C. D. E. om.* — 88) *Pro* S. m. *A.* Sil'r. *C. D.* Si vero. — 89) *B.* e. s. *D. om.* suum. — 90) *B.* formabit advocatus tuus contra ipsam libellum. *D. E.* formabis libellum. — 91) *D. om. B. add. in marg.* nota hunc libellum. — 92) *B.* n. *C. pro* T. B. *habet* C. b. — 93) *D. E. om.* — 94) *C. om.* — 95) *D.* e. s. — 96) *B. om. et habet* s. p. *E. om.* et. — 97) *D. E.* aliquid. — 98) *B. om.* — 99) *B. D. E. habent* C.: *C. om.*

eo tempore. 6., et [1]) ff. de bonis auctoritate judicis possidendis. 42, 5. si servus. 4., et notat dominus Accursius in praedicta l. si eo tempore [2]). 8, 26. 6., et melius [3]) in l. diffamari. 7, 14. 5. — Si autem est impedimentum [4]) consanguinitatis vel [5]) affinitatis, sic formabitur libellus [6]). *Libellus.* Conqueritur Maria [7]) mulier de Bernardo [8]), petens, matrimonium, quod cum eo [9]) de facto contraxit [10]), separari et cassum et irritum [11]) pronuntiari, cum stare non possit, juris auctoritate impediente, pro eo [12]), quod [13]) est eidem mulieri dictus Bernardus [14]) conjunctus [15]) quarto gradu consanguinitatis; vel affinitatis [16]), si [17]) est affinitas [18]); et ideo petit [19]), dicto matrimonio cassato et casso [20]) nuntiato, sibi dari licentiam cum alio in domino contrahendi. Haec forma [21]) probatur extra de restitutione spoliatorum. 2, 13. litteras [22]). 13. in principio [23]), de consanguinitate et affinitate. 4, 14. non debet. 8., 35 [24]). q. 5. series. 1., et melius in c. [25])
Fol. 20c primo | [26]) gradu. 6. — Si autem aliquis vel aliqua praeter contrahentes vult accusare matrimonium [27]) propter impedimentum consanguinitatis vel affinitatis, vel aliud [28]), dicet sic. *Libellus.* Vobis [29]), domino M. [30]), episcopo Aretino [31]) denuntiat P. [32]) matrimonium sive sponsalia, quae de facto sunt contracta [33]) inter Bertham [34]) et Jo-

1) *B. D. om.* — 2) *C. om.* et ff. de — tempore. — 3) *B. om. et habet post* diffamari. — 4) *C.* i. e. *D. E. om.* est *et D. habet* fuerit *post* affinitatis. — 5) *C.* conscendant *prō* c. v. — 6) *C.* formabis libellum. *D. E.* forma libellum. — 7) *B.* n. *D.* a. — 8) *D.* Stephano. — 9) *C. D. E.* ea. — 10) *B. C.* c. d. f. — 11) *B. om.* e. i. — 12) *E. om.* — 13) *B. om.* — 14) *A.* Bernhardinus. *D.* S. — 15) *A.* circumventus. *C. add.* in. — 16) *B.* a. v. c. — 17) *D. E.* sicut. — 18) *C.* affinitatis. — 19) *B. om. et add.* dicta n. — 20) *D. E. add.* et irrito. — 21) *D. add.* petendi. — 22) *A.* litteris. — 23) *B. add.* et. — 24) *A.* XXXI. — 25) *A.* capitulo. — 26) *B. praem.* in. *C. habet* post gradum. — 27) *D. E. pro* praeter — matrimonium *habet* petat contractum matrimonium separari. — 28) *E. om.* v. a. *et habet* d. s. — 29) *C. praem.* a. — 30) *D.* az. — 31) *B.* Bononiensi. *D. E.* A. e. — 32) *A. habet* petens. *et* Titius *in marg. a sec. manu.* — 33) *B.* c. s. *E.* fuerunt c. — 34) *A.* Bertha.

annem, petens [35]) ea [36]) cassari et cassa pronuntiari et irrita [37]), cum [38]) stare non possint de jure, pro eo, quod est inter eos consanguinitas [39]) in gradu prohibito: vel [40]), si [41]) est ibi [42]) affinitas, dicat [43]), pro eo, quod est ibi [44]) affinitas [45]) in quarto gradu [46]), vel tertio vel secundo: vel, si [47]) est aliud impedimentum, dicet sic [48]): vel pro eo, quod [49]) ipse [50]) Joannes levavit dictam Bertham [51]) de sacro fonte: vel, pro eo, quod ipse Joannes [52]) contraxit de facto cum dicta [53]) Bertha: vel, ei [54]) dedit fidem de ipsa ducenda post mortem Adalasiae [55]), uxoris ipsius [56]) legitimae, et ipsa Adalasia [57]) legitima uxore [58]) Fol. 204
vivente cognovit carnaliter dictam Bertham [59]), et [60]) commaculavit [61]) thorum uxoris [62]). — Et ita [63]) de facili super quocunque [64]) impedimento formabis libellum [65]), si oculi sollicitudinis tuae [66]) evigilent [67]), et aciem mentis [68]) intendas, 35 [69]). q. 5. ad sedem. 2. Neque contemnas haec, quia [70]) solliciti esse debemus, ne mitta-

35) *A.* petes. — 36) *B. om.* — 37) *B. om.* e. i. *D.* e. i. denuntiari. *E.* denuntiari e. i. — 38) *A. in marg. a sec. manu add.* quia. — 39) *C. add. iterum* inter eos. *D. E. add.* vel affinitas. — 40) *C. om.* — 41) *A. in marg. add. a sec. manu.* — 42) *B. om.* — 43) *E.* dicatur. — 44) *E.* i. e. — 45) *B. C. om.* i. a. *D. pro* dicat — affinitas *habet* inter eos. *E. add.* inter eos. — 46) *B. ponit* gradu *post* secundo. *C. habet* g. q. — 47) *B. om.* — 48) *D. E. add.* vel pro eo, quod ipse Joannes prius contraxit cum Bertha adhuc vivente. — 49) *A.* quo. — 50) *C.* dictus. — 51) *B. om.* — 52) *B. om.* levavit — Joannes. *D. E. om.* Joannes. — 53) *D. pro* d. B. *habet* eam. — 54) *A.* si. *B. add. et habet* pro eo, quod ipse Joannes dedit sibi. *D. E.* sibi. — 55) *B.* n. *D.* Adelasiae. — 56) *B. C. D. E.* suae. *E.* s. u. — 57) *D.* Adelasia. — 58) *C. E.* u. l. *et* legitima *bis habet.* — 59) *Pro* ipsa — Bertham *B.* cognovit ipsam uxore legitima vivente. *Pro* cognovit — Bertham *D.* car. c. eandem B. *E.* car. c. ipsam B. — 60) *A. add.* quod. — 61) *D.* maculavit. — 62) *B. add.* suae. *C. praem.* uxoris. — 63) *A.* apta. *B.* ideo. — 64) *B. D. E.* quolibet. — 65) *D. E.* formatur libellus. — 66) *C.* t. s. — 67) *D. E. add.* evidenter. *D. habet* vigilent. — 68) *C. E. add.* tuae. — 69) *D. E.* XXV. — 70) *C. D. E.* hoc quod.

mus [71]) margaritas nostras ante porcos, 43 [72]). di. in [73]) mandatis. 2. Praedictae formae petendi probantur, extra de desponsatione impuberum [74]). 4, 2. ad dissolvendum. 13., de [75]) consanguinitate et affinitate [76]). 4, 14. c. 1., et c. non debet. 8. et c. ult., extra de eo, qui duxit quam polluit per adulterium [77]). 4, 7. c. ult. [78]), et de cognatione spirituali [79]). 4, 11. c. 1 [80]). et c. tua. 7. — Cum [81]) sint tria [82]) bona matrimonii, saltem quoad propositum, scilicet [83]) fides proles et sacramentum [84]), 27. q. 2. omne itaque [85]). 10., et [86]) alterum de his impediri contingat [87]), propter impotentiam naturalem interdum [88]) et interdum [89]) propter accidentalem [90]), videre [91]) re-
Fol. 21a stat [92]), qualiter super utraque impoten||tia formentur libelli [93]). Naturalis [94]) impotentia est [95]), ut brevi oraculo transeamus, frigiditas in viro, arctatio [96]) membri in muliere [97]), quae [98]) non est apta [99]) sustinere viriles amplexus. Accidentalis impotentia est castratio [1]) et maleficium [2]), quia sunt aliqui castrati et aliqui maleficiati. De naturali impotentia [3]) legitur 33. q. 1 [4]). c. 1 [5])., extra [6]) de frigidis et maleficiatis [7]). 4, 15. laudabilem. 5. et c. fraternitatis. 6. De accidentali habetur de [8]) frigidis et maleficiatis [9]). 4, 15. quod sedem. 2., et c. ult., et [10]) 32. q. 7. illi. 25. Et attende, quod sive [11]) pro-

71) *D. E.* emittamus. — 72) *A.* XIIII. — 73) *D. praem.* ante porcos. — 74) *Codices* de sponsalibus *pro* d. d. i. — 75) *D. praem.* et. — 76) *A.* consanguineis et affinibus. — 77) *D. E. om.* quam — adulterium. — 78) *C.* fi. — 79) *B.* et c. non — spirituali *om.* — 80) *D.* ult. — 81) *B. praem.* et. — 82) *B.* t. s. — 83) *E. om.* — 84) *A.* sacramenta. — 85) *B. om.* — 86) *A.* ad. *E. add.* si. — 87) *A. C.* contingit. — 88) *D. habet ante* propter. — 89) *B. om.* è. i. — 90) *D.* accidentales. — 91) *B. C. D. E.* videndum. — 92) *D.* est. — 93) *D. E.* formetur libellus. — 94) *B.* naturaliter. — 95) *B. om.* — 96) *D. E. praem.* et. — 97) *D.* in muliebri membro. — 98) *C. E.* quia. — 99) *A.* arta. — 1) *B. add.* in homine. — 2) *B. add.* in utroque. — 3) *B.* i. n. — 4) *E.* III. — 5) *D. E. add.* oportet. — 6) *B. om.* e. m. — 7) *E. praem.* et. — 8) *C. D. E. praem.* extra. — 9) *B. om.* e. m. — 10) *C. D. om.* — 11) *D. E. om.*

pter impotentiam naturalem sive propter impotentiam [12]) accidentalem intendat [13]) alter conjugum separari, non auditur, nisi prius per continuum triennium cohabitaverint simul [14]), et dederint operam carnali copulae bona fide, extra de frigidis et maleficiatis [15]). 4, 15. laudabilem. 5., et c. litterae [16]). 7. in [17]) Auth. de nuptiis. 4, 1. §. per occasionem. 6. (Nov. 22.). Et hoc [18]), nisi infra triennium [19]) impedimentum [20]) evidens in propatulo se ostendat [21]) per decretalem praedictam [22]) |: laudabi- Fol. 218
lem. 4, 15. 5., puta, quia porta [23]) mulieris adeo clausa arcta vel minima [24]) in manifesto apparet [25]), quod non est aliqua verisimilis praesumtio de ingressu [26]) alicujus instrumenti in eam: vel, cum viro deest genitale membrum, et hoc apparet in manifesto; in quibus casibus separatur [27]) ante triennium [28]) per decretalem: laudabilem. 4, 15. 5., et [29]), hodie constat et [30]) hodie agamus [31]), ff. ut [32]) in possessionem legatorum [33]). 36, 4. si [34]) is a quo. 3., nec est verisimile, quod aliqua mulier velit cum tali [35]) contrahere, juxta illud:

Femina vult juvenem [36]) thalamum [37]), spernitque senilem [38]),
Omne [39]) putat vile [40]), cui genitale silet.

Cum mulier vult separari propter impotentiam naturalem [41]) vel accidentalem, formabit ejus [42]) advocatus [43]) sic [44]) libellum. *Libellus.* Vobis, domino M., episcopo

12) *A. om.* naturalem — impotentiam. *B. D. E. om.* p. i. *C. habet* per — per. — 13) *D.* intendit. — 14) *B. C.* s. c. — 15) *B. om.* e. m. — 16) *E.* bonae. — 17) *C. praem.* et. — 18) *B. add.* est verum. — 19) *C.* terminum. — 20) *A. om.* — 21) *A.* ostendit. — 22) *B. om. C. habet* p. d. *E.* l. p. — 23) *A.* parta. *B. om.* — 24) *A.* immuna. — 25) *D. E.* a. i. m. — 26) *B.* ingresso. — 27) *C.* separentur. — 28) *C.* terminum. — 29) *B. add.* hoc. — 30) *B. add.* hoc. *C. add.* ideo *et habet* c. h. *et om.* et hodie. — 31) *B.* agimus. *D. E. om.* e. h. a. — 32) *D.* de. — 33) *Pro* p. l. *B.* praedicta. — 34) *C. om.* — 35) *C. om.* c. t. — 36) *A.* invenire *et in marg. a sec. manu* juvenem. — 37) *D.* thalamo. — 38) *A.* senile. — 39) *C.* esse. *D.* omnem. — 40) *D.* vilem. — 41) *C.* n. i. — 42) *D. E. om. et D. habet* s. a. — 43) *C.* a. e. — 44) *A. om.*

Aretino [45]), conqueritur Bertha [46]) mulier de Titio [47]), viro suo, quod [48]), cum matrimonium cum ea [49]) legitime contraxisset [50]), et insimul per continuum trien-
Fol. 21c nium [51]) cohabitassent [52]), dantes operam [53]) carnali co|pulae bona fide, ipsa mulier adhuc integra permanet [54]), pro eo, quod ipse Titius [55]) non habet potentiam coëundi. Unde, cum ipsa velit esse mulier, et filios [56]) procreare, et ideo maritum accepit, ab eo separari petit [57]), et [58]) sibi dari licentiam [59]) cum alio in [60]) domino contrahendi. Haec forma petendi [61]) probatur extra de frigidis [62]) et maleficiatis. 4, 15. c. 1. 2 [63]). et 3. c. [64]) litterae [65]). 7. in princ. [66]), in Auth. [67]) de nuptiis. 4. 1. §. per occasionem. 6. (Nov. 22.), et [68]) 33 [69]). q. 1. si per sortiarias. 4. — Si autem vult separari [70]) ab uxore pro eo, quod est arcta [71]) adeo, quod ab eo [72]) cognosci non potest [73]), dicet sic. *Libellus.* Conqueritur Robertus de Adalasia [74]), uxore sua, quod [75]), cum diu cum eo [76]) morata sit, ab eo cognosci non potest, nec conjux esse aut [77]) mater, vel filios procreare [78]) potest [79]), pro eo, quod ei naturale deest [80]) instrumentum, nec est apta [81]), recipere seu sustinere [82]) viriles amplexus, et ideo, cum

45) *B.* Bononiensi. — 46) *E. praem.* m. *et om. C. B. om.* mulier. — 47) *B.* v. s. T. *C. om.* T. — 48) *B. C. D. E.* qui. — 49) *E. om.* c. e. — 50) *C.* c. legitimum, *om.* et. *E.* c. l. — 51) *A. om.* — 52) *A. D.* cohabitasset. *D. E. add.* et. — 53) *A. om. E.* c. c. o. — 54) *E.* remanet. — 55) *A.* Tocius. — 56) *D. E. add.* et filias. — 57) *D. E.* p. a. e. s. — 58). *B. add.* petit. — 59) *B.* l. s. d. — 60) *B. om. C. D. E. habent* i. d. c. a. — 61) *A.* petendo. *B. C. D. om. E. om.* H. f. p. — 62) *A.* femini. *et in marg. a sec. manu* frigidis. *B. om.* e. m. — 63) *B. praem.* c. *C.* et c. — 64) *B. C. D. E. praem.* et. — 65) *E.* bonae. — 66) *C. om.* i. p. et. *et add. c. E.* et. — 67) *A.* cum aiūt. — 68) *B. C. D. E. om.* — 69) *C.* XXXIIII. — 70) *B. add.* quis. *C. praem.* vir. *D. E. praem. ante* vult. — 71) *B.* a. e. — 72) *C.* ipso. — 73) *C.* possit. *D.* non potest eam cognoscere. *E.* n. p. c. — 74) *A.* Adasia. *B.* n. *C.* a. *D.* Adalisia. *E.* Adelasia. — 75) *C. D. E.* quae. *C. om.* cum. — 76) *C.* c. e. d. commorata. — 77) *C.* nec. — 78) *A.* procurare. — 79) *B. om.* nec — potest. — 80) *C.* n. d. — 81) *A.* acta. — 82) *B.* suscipere. *C. D. E. om.* s. s.

ipse velit esse pater, et filios procreare [83]), ab ea [84]) separari petit [85]), et [86]) dari sibi licentiam [87]) cum alia [88]) contrahendi. Probatur [89]) de frigidis et maleficiatis [90]). Fol. 21d 4, 15. quod [91]) sedem. 2. et [92]) c. fraternitatis. 6., et [93]) 33 [94]). q. 1. requisisti. 2. Si autem [95]) vult separari ab uxore quoad thorum et mutuam servitutem, propter adulterium commissum ab ea [96]), dicet sic. *Libellus* [97]). Vobis, domino M. [98]), episcopo Aretino [99]), denuntiat Titius et accusat Mariam [1]), suam uxorem [2]), petens separari [3]) ab ea quoad [4]) thorum et mutuam servitutem, et exhibitionem [5]) necessariorum, ex eo, quod ipsa committendo [6]) in legem conjugii, perpetravit [7]) sive commisit adulterium cum Sejo [8]) in civitate Aretina [9]) in domo Sempronii [10]), tali die mensis [11]) Martii [12]), anno domini MCCXLIX [13]), et circa haec et eorum [14]) quodlibet jus et officium vestrum implorat. Haec forma petendi [15]) probatur extra de procuratoribus. 1, 38. tuae. 5., ut [16]) lite [17]) non contestata. 2, 6. c. 1., de [18]) jurejurando. 2, 24. quemadmodum. 25., ff. ad legem Juliam de adulteriis. 48, 5. is [19]) cujus. 14. et l. si maritus. 15., et [20]) ff. de accusationibus. 48, 2. libellorum. 3, 2. q. 8 [21]). libello-

83) *B. add.* et ex hac causa recepit illam. — 84) *A.* eo *supersor.* a *a sec. manu.* — 85) *C. D. E.* p. s. — 86) *B. add.* petit. — 87) *B.* s. l. d. — 88) *D. E. add.* in domino. — 89) *B. add.* haec forma extra. *C. D. E.* haec forma p. extra. — 90) *B. om.* e. m. — 91) *B.* ad. — 92) *A.* extra *pro* e. c. — 93) *B. D. E. om.* — 94) *A.* XXVIII. — 95) *B. add.* vir. *C. E. add. post* vult. — 96) *E.* a. e. c. — 97) *D. om.* — 98) *C. om.* — 99) *B.* Bononiensi. *D. om. E.* A. e. — 1) *C. D. E.* b. — 2) *B.* u. s. — 3) *C.* s. p. *D. om.* s. p. — 4) *A.* eo quod ad: *corr. a sec. manu. D.* eo. — 5) *B. praem.* quoad *et habet* excitationem. — 6) *A.* committo *et a sec. manu* commisit. — 7) *A.* praeparavit. — 8) *C.* Sempronio. — 9) *B.* n. *C.* Bononiae. — 10) *B.* n. — 11) *A. B. om.* t. d. *et habent* mense. *C. om.* tali. — 12) *B.* n. — 13) *B.* MCC.: *A.* MCCXLIII. — 14) *C.* hoc et horum. *D. E.* e. e. — 15) *B. om.* — 16) *B. praem.* extra. — 17) *B.* licet. — 18) *B. praem.* et. — 19) *A.* hiis. — 20) *B. E. om.* — 21) *D.* VII.

rum [22]). post. 5. §. 2. Licet [23]) dotis cognitio principa-
Fol. 22a liter ad civile judicium [24]) spectet||, incidenter tamen [25]) judex ecclesiasticus de dote cognoscit [26]), extra de donatione inter virum et uxorem. 4, 20. de prudentia. 3., ff. de jure dotium. 23, 3. l. 3., C. de judiciis. 3, 1. quotiens. 3., et ideo formamus [27]) in hoc opere [28]) libellum. *Libellus.* Conqueritur Bertha [29]) de Sempronio, petens ab eo centum, quae ab ipsa [30]) vel ab [31]) alio [32]) pro ea recepit [33]) in dotem seu pro dote, vel in causam dotis ob matrimonium, inter se [34]) Bertham et ipsum Sempronium contractum, cum [35]) matrimonium secutum [36]) non fuerit, et si aliquod [37]) de facto fuerit [38]), sit judicio ecclesiae [39]) separatum; unde dicta [40]) centum sibi reddi et restitui petit. Haec forma petendi [41]) probatur C. de condictione ob causam [42]). 4, 6. l. 4., extra de dote post divortium [43]) restituenda [44]). 4, 20. de prudentia. 3. et [45]) c. ult. Et caveat [46]) advocatus, ut condictionem ob causam intentare videatur, ut dictum est in libello; quia, si aliter formaverit [47]), in [48]) invio [49]) positus [50]) et non in via [51]), in [52]) erroris proculdubio [53]) labyrinthum [54]) decurret.

22) *B. om.* 2. — libellorum. *D. praem.* accusatio. — 23) *C. praem.* et. — 24) *E.* civilem judicem. — 25) *B.* causam. — 26) *C.* cognoscat. — 27) *B.* formemus. *C. om.* ideo. *D. add.* sic. *E. praem.* sic. — 28) *B. om. C. add.* sic. — 29) *A. om. B.* talis. — 30) *B. D. E.* ipso. — 31) *B. om.* — 32) *D. E. add.* loco ipsius. — 33) *A.* recipit. *B. add.* pro eo. — 34) *B. D. add.* ipsam. *D. om.* se. — 35) *C. praem.* ut. — 36) *B. om.* — 37) *E. om.* non — aliquod. — 38) *B.* fuit. *E. praem.* non. — 39) *C.* ecclesiastica. — 40) *D. add.* b. — 41) *B. om.* — 42) *C. D. E. add.* datorum. — 43) *A. om.* — 44) *A. add.* in. *B.* de donat. int. vir. *pro* de — restituenda. *D. E. om.* r. — 45) *A. add.* in. — 46) *C.* teneat. — 47) *E.* tentaverit. — 48) *D. om.* — 49) *B.* initio. — 50) *A.* penitus. *B. E.* ponitus. *C.* e. n. i. v. p. — 51) *A.* viam. — 52) *B. om.* — 53) *C. add.* in. — 54) *A.* laborinthum.

Qualiter formetur libellus, cum [1] *ecclesia dicitur* [2] *decepta* | [3]. *Tit. 8.*

Fol. 22b

Ecce, prout occurrit saepius [4] de facto, quod [5] mulier vult petere [6] aliquem in virum, qui fuit ab ea separatus [7] per sententiam ecclesiae, et [8] intendit mulier haec [9] probare, ecclesiam fuisse deceptam [10], in [11] hoc casu formabit [12] sic [13] libellum. *Libellus.* Conqueritur Peroneta [14] mulier, de Titio, viro suo, petens eum sibi adjudicari in maritum, cum sit vir ipsius [15] per consensum legitimum de praesenti, et carnis [16] copulam subsecutam [17], unde petit, quod eam retineat et conjugali tractet affectu; non obstante sententia divortii, si sententia dici potest lata per episcopum Aretinum [18], cum in ea [19] ecclesia fuerit decepta. Probatur iste libellus [20] extra de sententia et re judicata. 2, 27. lator. 7., et c. consanguinei. 11., et [21] 33 [22], q. 5. quod deo pari [23]. 4. Et attende, quod mulier haec [24] debet [25] probare, deceptionem ecclesiae, sive errorem detegere |, sicut, Fol. 22c
qui confitetur [26], probat se errasse et revocat confessionem [27], ff. ad legem Aquiliam. 9, 2. inde Neratius. 8. §. fi. Detegit enim, sive [28] discooperit [29], quod la-

1) *B.* quando. — 2) *C.* d. e. — 3) *B. add.* in sententia, quam tulit inter virum et uxorem. — 4) *C. E.* saepe. — 5) *B.* quaedam. *D. E. add.* cum. — 6) *B.* petit *pro* v. p. — 7) *B. C. D. E. habent* s. *post* ecclesiae. — 8) *B. om.* — 9) *B.* h. m. *C.* h. i. p. m. *D. E.* hoc m. — 10) *C.* f. e. d. — 11) *B. praem.* unde. *C. praem.* et. — 12) *B. add.* advocatus ejus. *C. habet* formabis. *E.* formabitur sic libellus. — 13) *A. om.* — 14) *A.* Petroneta. *C.* Petronilla. — 15) *B.* ejus. *C. D. E.* suus. — 16) *C.* carnalem. *E.* carnali. — 17) *D. E.* copula subsecuta. — 18) *B.* Bononiensem. — 19) *B.* sententia. — 20) *D. E.* Haec forma p. *pro* P. i. l. *E. om.* probatur. — 21) *B. D. om.* — 22) *A.* XXVIII. *C.* XXIX. *D. E.* XXXVII. — 23) *B. om. D. E.* patri. — 24) *B. om. C.* hoc. *D.* h. m. *E.* hoc m. — 25) *D. add.* hic. *E. praem.* hic. — 26) *B. add.* se errasse. — 27) *D. E. add.* suam. — 28) *Pro* e. s. *A.* tantum. — 29) *Ita A. a sec. manu: in textu* excoperit. *B.* exoperit.

tebat, sicut alias detegitur [30]) in [31]) sententia lata contra matrimonium per errorem [32]) licet probabilem: quia post sententiam removetur [33]) impedimentum, quod [34]) non erat [35]) perpetuum, artificio [36]) medicorum, vel viri concubitu, vel alio quolibet modo absque corporali periculo [37]) per opus humanum [38]) reseratur porta mulieris et redditur apta [39]) viro, extra [40]) de frigidis [41]) et maleficiatis [42]). 4, 15. fraternitatis. 6. Simile est, quod lex suadet [43]) in eo, qui frumentum triturat, ut ejus sit officium frumentum detegere, quod latebat in spica, non [44]) constituere sive creare novum, ff. de acquirendo rerum dominio. 41, 1. adeo. 7. Et consuevimus adaptare legem illam [45]) in mero executore super loco illo [46]) extra de officio et potestate judicis delegati. 1, 29. pastoralis [47]).
Fol. 92d 28., et de sententia et | re judicata. 2, 27. de cetero. 5. Illud etiam oculis conniventibus [48]) non omitto [49]), quod mulier ista necesse habet [50]) probare [51]), ecclesiam fuisse in priore judicio deceptam [52]). Et [53]) habebit has vias. Vel, quia sententia lata fuit [54]) per [55]) falsos testes, extra de testibus. 2, 20. sicut. 9.: et non per eosdem, cum sint perjuri, sed de falsitate per alios probare habet; et facit [56]) C. si ex falsis instrumentis. 7, 58. falsam [57]). 3., extra de testibus. 2, 20. sicut [58]). 9. Vel, si [59]) docet [60]) circumventam religionem judicantis per falsa instrumenta [61]), C. si ex [62]) falsis instrumentis. 7, 58. judicati [63]).

30) C. detegimus. E. detegit. — 31) B. om. — 32) E. p. e. c. m. — 33) E. removeatur. — 34) B. quia. — 35) D. E. add. in. — 36) B. praem. quod. — 37) B. add. nam. E. add. et. — 38) C. D. E. manuum. — 39) A. acta. — 40) D. om. — 41) A. fei. — 42) B. E. om. e. m. — 43) C. D. E. s. l. — 44) B. praem. et. — 45) E. illa. — 46) B. i. l. — 47) B. om. extra — pastoralis. — 48) B. add. docere. C. D. E. habet c. o. — 49) E. dimitto. — 50) C. debet pro n. h. — 51) C. add. de necessitate. D. habet p. habeat n. E. p. h. n. — 52) C. D. E. d. i. p. j. — 53) D. om. — 54) B. est. — 55) D. E. contra. — 56) B. add. ad hoc. C. D. E. om. e. f. — 57) C. falsa. — 58) A. om. C. si cujus. — 59) B. quia. D. sic. — 60) E. doceat. — 61) D. E. add. sic. — 62) A. sxio. D. E. de pro s. e. — 63) B. judicari. D. praem. falsam.

4. Vel, si[64]) docet[65]) solitum ordinem judiciorum fuisse interversum sive[66]) omissum in causa, C. de sententiis et interlocutionibus omnium[67]) judicum. 7, 45. prolatam[68]). 4. Vel, si doceat judicem sordibus[69]), precibus[70]), pecunia vel evidenti gratia corruptum[71]), C. de receptis. 2, 56. arbitrorum[72]). 3. Vel, si doceat judicem corruptum amore virginis[73]), et ex[74]) hoc omne fas[75]) et nefas immiscuisse, sicut facit alter judex, ff. de origine || juris. 1, 2. l. 2. §. initium in 24. Haec[76]) quidem dixi, ut, si ex adverso petatur, specificari in libello promisso, in quo fuerit[77]) ecclesia decepta, sit[78]) ex hoc[79]) mulieris hujus[80]) advocatus instructus[81]). Nam[82]) turpe[83]) est patricio[84]) et nobili viro, in causis[85]) oranti[86]), jus, in quo versatur, ignorare, ut[87]) legitur in lege proxime allegata. 2. de[88]) origine juris[89]). 1, 2. §. deinde[90]). 43. Si autem dicta specificari non petantur[91]), non[92]) specificet aliter, quia utique[93]) utilius est actori[94]) generale subjicere verbum, ut supra in hoc opere probatum est sub rubrica[95]), qualiter electus requirat[96]) et[97]) appellet[98]) in nota, quae incipit: hic autem[99]). Veruntamen ego sic[1]) formarem libellum simpliciter, ut ponitur supra[2]) usque ad[3]) verbum: non obstante sententia, et nullam[4]) mentionem facerem[5]) de sententia vel de[6]) Fol. 23a

64) *A. om. B.* quia. — 65) *E.* doceat. — 66) *C. D. E.* i. f. vel. — 67) *C. om.* — 68) *D.* prolatum. — 69) *C. E.* sordidis. — 70) *B. D. praem.* vel *et B. om.* pecunia. *D. add.* vel. — 71) *C. om. E. praem.* fuisse. — 72) *D.* arbitrium. — 73) *D.* a. v. c. — 74) *A. om. B. D. habent* hoc est. — 75) *E.* fraus. — 76) *C. E.* Hoc. — 77) *C. D. E.* fuit. — 78) *D. E.* et sic. — 79) *B.* his. — 80) *B. C. om.* — 81) *C. praem.* valde. *D. add.* fiat. — 82) *D. om.* — 83) *C. praem.* valde. — 84) *B.* patrono. — 85) *B. C.* causas *pro* i. c. — 86) *D. E.* et causas ignoranti. — 87) *A. E. om.* — 88) *B. praem.* ff. — 89) *B. add.* l. II. — 90) *Nobis est* §. Servius. — 91) *B.* n. s. p. d. — 92) *C. om.* — 93) *B. C. om. D. E.* generalius *pro* u. u. — 94) *A.* accricti. *B. C. E. om.* — 95) *B. add.* quae incipit. — 96) *C.* r. e. — 97) *E. om.* — 98) *P. 2. t. 3. Pro* e. a. *C.* in glossa et. — 99) *Fol. 14c. E. om.* h. a. — 1) *B.* non. — 2) *B.* s. p. — 3) *B. add.* illud. — 4) *A.* in illa. — 5) *C. D.* f. m. — 6) *C. om.*

circumventione ecclesiae. Demum, si in eo [7] matrimonio probando [8] adversarius excipiat [9] de sententia, replicabo contra eum, quod ipsa sententia [10] non transivit
Fol. 23b in rem judicatam |, unde non obstat [11]. Et quod hoc sit verum [12], probant jura [13] supra inducta [14]: lator. 2, 27. 7., et c. consanguinei. 2, 27. 11., et ad idem facit [15]. 35 [16]. q. 9. [17] grave. 7. His ita, vel [18] probando [19] ecclesiam deceptam, ut supra monstratur, diligenter [20] ostensum est [21].

Qualiter formentur libelli [1] *super aliis causis a praedictis. Tit. 9.*

Ampliori tractatu praemisso super electionibus, jure patronatus [2], decimis [3], matrimonio et impedimentis ipsius [4], quae causae frequentius ad forum ecclesiasticum [5] suo Marte decurrunt, cum ad ea, quae frequentius accidunt, jura adaptentur [6], ff. de legibus [7]. 1, 3. nam ad ea [8]. 5., super aliis causis, quae [9] non sic frequenter occurrunt, stilus noster [10] libellos aggreditur. Nihil enim actum [11] credimus, cum aliquid superest [12] ad agendum, C. quibus ut indignis. 6, 35. ad Silanianum [13]. 11. in fine. — Quando aliquis molestatur super

7) *B. om.* i. e. — 8) *A. B.* probato. *D. E.* probatur. — 9) *D.* excipit. — 10) *D. om.* replicabo — sententia. *E. habet* i. s. — 11) *B. om.* u. n. o. — 12) *B.* v. s. *om.* hoc. — 13) *A.* jum. — 14) *E.* indicto. — 15) *A.* suadet. — 16) *A.* XXV. — 17) *A. D.* X. *C.* III. — 18) *D. om.* — 19) *A. B. D. E.* probabo. — 20) *A. om. B. habet* esse ostensum. — 21) *D. E. praem.* et.

1) *B. C.* formetur libellus. *D.* formantur l. *Eodem modo indicativus pro subjunctivo saepius in sqq. etiam in ceteris codd.* — 2) *A. C. E. om.* j. p. —. 3) *B.* de causis. — 4) *C.* ipsius i. — 5) *C. D. E.* ecclesiae. — 6) *C. D. E.* adaptantur. — 7) *B. add.* et const. *D. E. add.* et sena. c. *i. e.* senatusconsultis et consuetudine. — 8) *C. add.* demum. — 9) *C. om.* — 10) *E.* nunc. — 11) *A. om. et in marg. habet a sec. manu:* egisse. — 12) *B.* restat. — 13) *C.* cum Sillenianum.

